

## MONITUM.

Auctores nobis fuere eruditi quidam homines, ut viri doctissimi Ducæi Notas hoc loco ederemus: sed id tamen incommodi monemus futurum, quod ejus notæ ad nostram editionem sæpius non quadrent nec quadrare possint, ob novam interpretationem.

## NOTÆ FRONTONIS DUCÆI

BURDEGALENSIS

SOCIETATIS JESU THEOLOGI.

Basilii Magni Cæsariensis archiepiscopi opera, quem merito Suidas ἄνδρα ἐλλογιμώτατον, καὶ πάσης παιδείας εἰς ἄκρον ἐληλακότα, « virum eloquentissimum, et ad apicem omnis eruditionis provectum, » fuisse dicit, cum ante annos tredecim Latine tantum Parisienses edidissent, notas illis aliquas attextendas censuimus, quibus ex collatione cum Græco textu loca non pauca in interpretatione restituta sunt vel illustrata, et easdem nunc, cum hæc Græco-Latina pararetur, recenseri et augeri operæ pretium duximus. Nam cum Frobenianam Basiliensem Græcam editionem anni 1552 a viris quibusdam eruditissimis, cum manuscriptis codicibus collatam, et variis lectionibus in margine ornatam, ex Anglia missam accepissent, nova diligentia labores illorum cumulandos curarunt, et libros *adversus Eunomium* ex regis Christianissimi codicibus emendari, novasque varias lectiones in reliquos Basilii libros ex illis colligi: quod dum fit, illud simul animadversum est, num sincere omnia ex archetypis ac bona fide fuissent descripta. Sed quoniam Latina eorundem operum interpretatio fuerat ab illis in homiliis tantum *in Psalmos*, et paucis commentariorum *in Isaiam* locis recognita et emendata, faciendum illud nobis existimavimus, ut pari studio præcipuas ejus lucubrationes illustrare conaremur, et eorum omnium quæ fuerant a nobis immutata, rationem his Notis redderemus, ac si qua forte currente prælo fuissent minus accurate expensa, recenseremus. Cum enim vix possit quis multis annis vitæ suæ unius ex Patribus operum interpretationem emetiri, ne diutius eorum Græco-Latinas editiones Ecclesia requirat, boni profecto consulendum est, si receptæ jam interpretationes ex adverso Græci textus recognitæ collocentur. Quam ad rem commodius exsequendam novo insuper adjuti subsidio sumus, cum immortalis beneficio V. C. Nicolai Fabri τοῦ μακαρίτου vetus Eustathii interpretatio novem homiliarum *in Genesim* prodierit, quem tanta laude Cassiodorus commendat, ut ingenium doctissimi viri facundiæ suæ

viribus eum æquiparasse contendat. Communis igitur harum homiliarum titulus in excusis et mss. est Εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὁμιλία, vel, ut in Medicæo, τῆς Ἑξαήμερου ὁμιλία πρώτη. Quamobrem vitandus est error Henrici Stephani, qui in *Thesaurō* contendit spatium illud sex dierum, quo conditus fuit mundus, τὸ Ἑξαήμερον hic appellari, unde Basilii tractatus Εἰς τὸ Ἑξαήμερον neque enim absolute τὸ Ἑξαήμερον appellant Patres, sed ὁμιλίας Εἰς τὴν Ἑξαήμερον, intellige κοσμοποιίαν, vel δημιουργίαν, « de creatione mundi, » vel « opificio mundi sex diebus absoluto. » Clemens Alexand. lib. vi *Strom.*: Ἡ τε γὰρ κοσμοποιία ἐν ἕξ περαιούται ἡμέραις. « Mundi enim creatio sex diebus absolvitur. » Philo Judæus lib. ii *De vita Mosis*: Νόμων ἱερῶν ἀλληγορίαι τῶν μετὰ τὴν Ἑξαήμερον. « Sacræ legis allegoriæ post sex dierum opus. » Hieronymus in *Catalogo*: « Basilius egregios *contra Eunomium* elaboravit libros, et in *Hexaemeron* homilias IX. » Sophronius Græce interpretatur: Βασιλείος κατὰ Εὐνομίου ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους, καὶ Εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὁμιλίας θ'. Item in *Hippolyto*: « Hippolytus scripsit in Ἑξαήμερον, » Sophronius, εἰς τὴν Ἑξαήμερον. Anastasius Sinaita in præfatione *Explanatiouum in Genesim*: Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑξαήμερῳ πολλοῖς ἀπορουμένων. « Eorum de quibus dubitatur a multis in *Hexaemero*, id est, in creatione sex dierum. » Photius in *Bibliotheca*: Ἀνεγνώσθη Βασιλείου τοῦ θεσπεσίου τὰ Εἰς τὴν Ἑξαήμερον. « Legimus beati Basilii opus sex dierum, seu de mundi fabrica. » Vocatur et ipsa homiliarum collectio, sive *Liber de opere sex dierum*, Ἡ Ἑξαήμερος, ut a Gregorio Nazianzeno orat. 20: Ὅταν τὴν Ἑξαήμερον αὐτοῦ μεταχειρίζωμαι, μετὰ τοῦ κτίστου γίνομαι. « Cum *Hexaemeron* illius in manus sumo, cum creatore conjungor. » Hieronymus epist. 55: « Nuper sanctus Ambrosius sic *Hexaemeron* Origenis compilavit, ut magis Hippolyti sententias Basiliique sequatur. » Bedæ quoque hic titulus est libri *in Genesim: Hexaemeron, sive de sex dierum creatione libellus*. Antiquissimus omnium,

quos eis τὴν Ἐξαήμερον edidisse constat homilias vel commentarium fuit Rhodon, ut ex Hieronymo discimus in *Catalogo*: « Rhodon Tatiani auditor temporibus Commodi et Severi in *Hexaemeron* elegantes tractatus composuit. » Sophronius, εἰς τὴν Ἐξαήμερον κομψὰς ὁμιλίας συνέταξε. Colligere tamen ex Anastasio Sinaita possumus ante Rhodonem aliquos, dum in librum Geneseos scriberent, allegorice opus sex dierum exposuisse. Sic enim scribit lib. I jam citato: Λαβόντες τὰς ἀφορμὰς ἐκ Παπίου τοῦ πάνυ τοῦ Ἱεραπολίτου τοῦ ἐν τῷ ἐπιστηθίῳ φοιτήσαντος, καὶ Κλήμεντος, καὶ Πανταίνετου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἱερέως, καὶ Ἀμμωνίου σοφωτάτου τῶν ἀρχαίων καὶ πρώτων συμφῶν ἐξηγητῶν εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν πᾶσαν τὴν ἑξαήμερον νοησάντων. « Accepta occasione ex Papia viro clarissimo Hierapolitano, qui discipulus fuit apostoli, qui supra pectus recubuit, Clemente et Pantæno Alexandrino sacerdote, et Ammonio sapientissimo interpretibus vetustis et primis, qui totum sex dierum opus de Christo et Ecclesia intellexerunt. » Interpres legisse videtur φήσαντος non φοιτήσαντος, quod φοιτητὴν hoc loco sonat, hoc est, discipulum; nam et de eodem Papia Hieronymus in *Catalogo*: « Papias Joannis auditor Hierapolitanus episcopus in Asia quinque tantum scripsit volumina. »

Col. 3 A 11, Ψυχὴν πρὸς. In duobus regiis codicibus mss. quorum alter Henrici II, alter Medicæus Henrici Magni fuit κτῆμα, ita scriptum invenimus: Ψυχὴν ἔχοντας πρὸς τὴν τῶν τηλικούτων. « Adornatam convenit habere animam eos, qui eam voluerint ad tantarum rerum auscultationem appellere. » Eustathius tamen vetus interpres hoc non agnoscit: solum enim vertit, « vel quemadmodum instructus esse debeat animus. »

Col. 6 A 3. *Profunda sensa*. Janus Cornarius, in editione Basiliensi Frobeniana 1552, interpretatur, « Etiam si scriptoris acumen non assequamur. » At Eustathius ad verbum: « Nam licet altitudinem cordis historici non valeamus attingere, » τῆς βαθείας καρδίας μὴ ἐφικώμεθα. quæ locutio Scripturæ familiaris. Jeremiæ xvii, 9: Βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα, καὶ ἀνθρωπὸς ἐστὶ, καὶ τίς γινώσκει αὐτόν; *Profundum cor super omnia, et homo est, et quis cognoscet eum?* Hieronymus ex Symmacho refert, « inscrutabile cor omnium, » et Isaïæ xxix, 15, Latine effert: *Væ qui profundo estis corde, ut a Domino abscondatis consilium*. Chrysostomus de prodicione Judæ, tom. V editionis nostræ Parisiens.: « Ἐκαστον τῶν λεγομένων πολλὴν ἔχει τὴν θεωρίαν, καὶ πολὺ τὸ βάθος τῶν νοημάτων. » In singulis dictis multa est contemplatio, multa profunditas sententiarum. » Et homil. 4 ad Antiochenos: Ἴδετε πρὸς πόσον βάθος κατηγάγομεν τὸν λόγον. « Vidistis in quantam sermonem deduximus profunditatem. »

Ibid. 9. Eustathius, insistens propius verborum sententiæ dixit: « Qui perhibetur venustus apud Dominum fuisse. » Sic ut intelligamus Moysen venustum fuisse apud Deum ipsum, qui nimirum Scri-

pturæ auctor est, cujus hæc sunt verba Exodi II, 2: Ἰδόντες δὲ αὐτὸ ἀστεῖον, ἐσκέπασαν. *Videntes autem eum elegantem, occultaverunt*. Interpres Origenis ἀστεῖον *elegantem* etiam vertit, Aquila ἀγαθόν, bonum, Symmachus ὡραῖον. Vox Hebræa נִיב ὡραῖος etiam, id est, *pulchre*, redditur Græce, III Reg. I, 6. Apostolus item Hebræorum χι, 23: Ἐκρούθη τρίμηνον ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον. *Occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem*. Sic infra, κατὰ τὴν μαρτυρίαν αὐτὴν τοῦ Θεοῦ. Suffragatur etiam Josephus, qui placuisse infantem scribit lib. II, cap. 5, *quod magnus esset ac pulcher, ὑπεριγάπησε μεγέθους τε ἕνεκα καὶ κάλλους*. Secutus tamen videtur S. Stephani narrationem Basilius; cujus hæc sunt Actor. VII, 20: Ἐγεννήθη Μωσῆς, καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ. Ubi Vulgata Lat.: *Natus est Moyses, et fuit gratus Deo*. Et inesse potest Hebraismus, ut dicat S. Stephanus Moysen fuisse gratum, festivum ac lepidum, pulchrum Deo, id est eximie pulchrum sicut Jonæ III, 3: Ἡ δὲ Νινευὶ ἦν πόλις μεγάλη τῷ Θεῷ. *Erat autem civitas magna Deo*. Quemadmodum et ex Hebræo vertitur ad verbum, hoc est, valde magna, quod omnia. *quæ magna sunt*, dicantur esse Dei, ut Psal. xxxv, 7: *Justitia sicut montes Dei*. Mavult tamen Fr. Ribera noster nihil aliud significare pulchrum Deo, quam pulchrum coram Deo, ut Genes. xiii, 13, dicuntur Sodomitæ *peccatores coram Domino*, Hebraice, *peccatores Domino, in oculis Domini*, vel *Dei*, hoc est, revera, etiamsi homines dissentiant. Itaque recte dixit Basilius, ἀστεῖος παρὰ Θεῷ, ut dixerat S. Stephanus, ἀστεῖος Θεῷ.

Col. 7 A 6. *Sed secundum*. Hæc uberius interpretatus erat Argyropylos, sive is qui ejus versionem recensuit. Et ne quis damni se aliquid fecisse suspicetur, poterunt cum Græcis ea conferri quæ sustulimus: « Et se totos permittentes atque accommodantes primæ illi suæ de Deo ignorantia, quæ videmus cuncta ad ortum progredi, hæc ita emergere concluderunt perpeti quadam serie successionis. » Eustathius scripsit: « Sed familiari ignorance sublapsi variis omnia definitionibus concluderunt. »

Col. 8 C 11. Ζητεῖται ὁ τὴν. Sic editum est ex variis lectionibus Anglic. codicum, quibus adjungunt viri docti τίς, ut legatur ζήτει τις, vel ζητήσῃ τις, τίς δὲ τὴν ἀρχήν. Vulgata lectio Basiliensis editionis ferri potest, cui duo Regii codices suffragantur, ζήτει τίς ὁ τὴν ἀρχήν, et Eustathius cum Cornario vertens: « Quære quis illi dedit principium, » vel certe scribetur, ζητεῖται τίς ὁ τὴν. « Queritur, quis sit, qui principium dedit. »

Col. 9 A 14. Διαφεύγει. Emendandum ex duobus Regiis codd. διαφεύγει, et contra mox διαφεύγη.

Ibid. B 7. Μηδενὶ μέσον. Ex iisdem duobus libris et Regiis et Angl. corrigendum μηδενὶ μέσῳ.

cui lectioni astipulatur Eustathius, « Quod planities eorum nullis mediis interpolatur obstaculis. » Quod sequitur, vitiose legebatur antea, τὴν τοῦ κόσμου ἀναρχὸν καὶ ἀτελεύτ., sed restitutus est eorumdem librorum auctoritate locus. Paulo post c. 1, Εἰ γὰρ ἀρχὴν, horum interpretationem clarius efferendam censuimus.

Col. 12 A 40. Expunximus duas voces additias, « cum Deo, » quas Græca non requirunt, neque vetus interpres Eustathius agnoscit, « Rerumque per partes institutarum actorem dispensatoremque. » Cicero *Academic questionum* lib. iv : « Zenoni et reliquis fere Stoicis æther videtur summus Deus, mente præditus, qua omnia regantur. » Idem lib. i *De natura deorum* : « Chrysippus disputat æthera esse eum, quem homines Jovem appellarent. » Idem ait, Platonem in *Timæo* dicere, mundum Deum esse, et cælum et astra, et terram : idemque Platoni tribuit Proclus argumento 20, quem refutat Benedictus Pererius lib. xv *De principiis rerum naturalium*, cap. 4.

Ibid. B 2. Ἄλλ' οἱ τῶν ἄστρον. Fortasse scribendum, ἄλλοι τῶν ἄστέρων, quod suadet Eustathius vertens : « Alii stellarum intervalla dinumerant. »

Ibid. B 5. Τοῖς μὲν εἴσι φαινόμενοι. Duo Regii τοῖς μὲν εἴσι φανεροί. Eustathius : « In certis suspiciuntur hominibus, nobis autem habentur ignotæ. » Sic enim emendandum pro « suscipiuntur. »

Ibid. B 8. *Declinationes*. Basiliens., στήριγμοὺς καὶ ἀποκλείσεις. Eustathius, *præclusiones*. Quam lectionem secutus Tilmannus ediderat *stationes, exclusiones*, et annotat Argyropyllum legisse ἀποκλίσεις : prout et in duobus Regiis mss. exaratum fuit, ideo *declinationes* interpretati sumus. Est enim *declinatio* apud astrologos stellæ vel puncti eclipticæ distantia ab æquatore versus alterum polorum mundi. Aristoteles de sole agens, *Problem.*, sect. 45, probl. 6 : Ἀπείρους γὰρ ἐγκλίσεις ἐγγωρεῖ αὐτὸν κλιθῆναι. « Cum fieri possit ut infinito numero inclinetur. » Cleomedes lib. i *Geograph.* : Τοῖς τροπικοῖς πλαγιώτερος, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐγκεκλιμένος παράκειται. « Tropicis vero obliquior, et magis inclinatus accubat. » Sic Basilius ipse infra : Οὐκ ἔχουσιν, ὅπου μᾶλλον ἀποκλιθῆ. Quod sequitur : Ἐπὶ τὰ προηγούμενα κίνησιν, Cornarius vertit : « Motum omnium ad præeuntia ac primordia ; » Montacutius, « motum in antecedentia. »

Col. 13 A 6. Ὑπέρχρονος. Ita duo RR. non ut Basiliens., ὑπερχρόνιος. Quanquam utrumque usitatum, ut ἰσόχρονος et ἰσοχρόνιος. Subinde, « quod semper urgetur. » Interpres verterat : « Accedens semper et more fluentis aquæ recedens, nec unquam a cæpto cursu restitans aut conquiescens. » Cornarius propius ad mentem auctoris : « Festinans semper ac præterfluens, ac nusquam a cursu quiescens. Nos Eustathium secuti sumus. »

Col. 15 A 3. *Principium viæ*. Locus est Proverbior. xvi, 5. Paulo post, κρηπίς καὶ βάθρον, « fun-

damentum et gradus. » Eustathius melius expressit, « munimentum et fulcimentum, » et Cornarius, « basis ac fundamentum. » Βάθρον hic non κλίμαξ est, sed θεμέλιος, ἢ ἔδρασμα, « firmamentum, aut fundamentum. » Sic in hac ipsa homilia et pagina, θεμέλιοί τινες καὶ κρηπίδες προκατεβλήθ.

Col. 18 A 5. *In summa*. Eustathius : « Summatim, id est, brevi, subitoque. » Cornarius : « In summa fecit Deus, hoc est, coacervatim et brevi. » Κεφάλαιον hic summam numeri vel temporis sonat, qua notione sæpe voces Hebrææ ΠΩΝΗ et ΨΝΗ accipiuntur in Scriptura, et a LXX nunc κεφάλαιον, nunc ἀρχή, nunc συλλογισμός vertuntur, quemadmodum et ab Aquila, Theodotione et Symmacho, quos hic designare videtur Basilius, Numer. iv, 2 : Λάβε τὸ κεφάλαιον τῶν υἱῶν Καάθ. *Accipe summam filiorum Caath*. Vulgata quoque Latina « summam » vertit, et interpres Origenis, « numerum ; » Numer. i, 2 : Λάβετε ἀρχὴν πάσης συναγωγῆς. *Accipite summam omnis congregationis* ; Exodi xxx, 42 : Ἐὰν λάβῃς τὸν συλλογισμόν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ. *Cum accipies computationem filiorum Israel*. Sic inferius Basilius dixit : ἐν κεφαλαίῳ παραδεδοσθαι οὐρανοῦ καὶ γῆςποίησιν. At Ecclesiastici xviii, 1, scriptum est : Ὁ ζῶν εἰς τὸν αἰῶνα, ἔκτισε τὰ πάντα κοινῇ. *Qui vivit in æternum, creavit omnia simul*. Hoc est, pariter vel communiter, inquit Jansenius : ne quis ex hoc colligat omnia simul eodem tempore esse condita, quemadmodum ex eodem loco intellexit S. Augustinus, omnia opera creationis, quæ sex diebus facta commemorantur, simul unoque tempore facta esse, lib. iv *De Genesi ad lit.* cap. 33, neque « simul » temporis identitatem hic designat, sed universa sine exceptione comprehendit. Sed faveret Augustini sententiæ hæc illorum interpretum ἔκδοσις, cujus videtur habuisse notitiam Acacius in hoc Catenæ Græcorum in *Genesim* loco, qui perperam apud Franciscum Zephyrum Theodoreto tribuitur. Sic enim textus Græcus se habet in codice illustrissimi cardinalis Joesusæi : Ἐρωτητέον πάλιν αὐτοῦς, πότερον ἅμα πάντα δεδημιουργῆται, ἢ τάξει καὶ ὁδοῦ. Καὶ εἰ μὲν τὸ πρῶτον εἶποιεν, δῆλον, ὅτι ἅπαντα δημιουργήσας κατέπαυσε πάλαι ποτὲ, καὶ ὅσον ἐν αὐτοῖς νῦν ἀργός ὢν τυγχάνει. Εἰ δὲ τὸ δεύτερον ἐροῦσι, τὸ τάξει καὶ ὁδοῦ δημιουργεῖν, καιρὸς αὐτοῦς μεμνησθαι τοῦ ἐξ ἀρχῆς ὡμολογημένου, ὡς οὐκ ἔν εἰη ἄπειρα τὰ δεδημιουργημένα. « Rursus interrogandi sunt, num omnia simul facta sint, an deinceps et consequenter. Ac si prius quidem dixerint, nemini dubium est, quin Deus omnibus creatis jampridem quieverit, vitam nunc, quantum ad eos attinet, otiosam degens. Sin posterius dixerint, et ordinem ac progressum quemdam in creatione rerum agnoscant, jam meminisse debent, quod initio pro comperto dedere, creata non esse infinita. »

Col. 18 B 14. Συνοπαρχεῖν. Emendandum ex duobus Regiis mss. συνοπάρχειν, et παρ' αὐτοῦ συνεχώρησαν. Porro illud, αὐτομάτως παρυσποστῆναι,

vertit Cornarius, « sua sponte substituisse. » Ambrosius lib. 1, c. 5 : « Asseruit enim sua sponte subsistere ; » Montacutius : « Una cum illo et simul exstitisse. » Rursus quod sequitur : Οὐχὶ αὐτὸ τοῦτο, sic Eustathius : « Id est, non causam præstitit, ut esset solum, sed fecit, ut bonus, utilem. » Ambrosius autem : « Non dixit, quia subesse fecit, non dixit, quia causam mundo, ut esset, præbuit, sed fecit, quasi bonus, quod foret utile. » Justinus ex Platone sic distinguit, τὸν ποιητὴν καὶ τὸν δημιουργόν, » factorem et opificem, » in *Cohortatione ad Græcos* : Ὁ μὲν γὰρ ποιητὴς, οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενος, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως καὶ ἐξουσίας ποιεῖ τὸ ποιούμενον· ὁ δὲ δημιουργὸς τὴν τῆς δημιουργίας δύναμιν ἐκ τῆς ὕλης ἐληφώς κατασκευάζει τὸ γινόμενον· « Factor quidem, nullius alterius indigens rei, suapte virtute et potestate, quod creat efficit : opifex autem opificii sui virtute ex materia accepta opus suum construit. »

Col. 20 A 8. Ἐκ δύο τῶν ἄκρων. Ita correximus ex duobus Regiis codicibus, ex quibus etiam addendus est articulus τοῦ παντός· mendose antea ἐκ δύο τῶν ἀρχῶν. Eustathius : « Ex duobus summatis elementis omnium substantiam designat extractam. » Cælo nimirum et terra, quæ duo sunt extrema sibi opposita.

Ibid. B 15. Μὴ ζητεῖν. In quibusdam Anglicis libris legebatur μὴ ζητεῖν et ἀλλὰ νοεῖν. At duo Regii Francisci vulgatam tuentur lectionem, et Eustathius : « Non ergo quæras de singulis rationem, sed illa quoque, quæ silentio Scriptura præterit ex his, quæ relata sunt, debebis advertere. » Infra, c. 9, συμβουλεύωμεν. Basiliensis editio συμβουλεύομεν, et ita codex Medicæus Regius. Cornarius interpretatur : « Eadem hæc etiam de terra consulimus, ut ne quis sibi ipsi negotium faciat. » Eustathius ἑαυτοῖς retulit ad nos ipsos : « Eadem etiam de terra sentiri suademus, minime videlicet discutientes qualis sit ejus substantia, nec conficere nos cogitationibus. » Alter vero codex Regius Henricianus habuit συμβουλεύωμεν, quæ potior lectio videtur. « Hæc eadem et de terra nobis ipsis consulamus, ut ne ejus subst. q. illa tandem sit, cur perscrutemur. »

Col. 21 B 12. Ὑποθῆς αὐτῶ. Medicæus et Henric. ὑποθῆς ἑαυτῶ. Quo pacto videtur exaratum offendisse Argyropylyus, cum vertit, « statueris tecum. » Eustathius : « Quod si aquam posueris terrenæ stabilitati esse subditam. » Ambrosius lib. 1, cap. 6 : « Aut quomodo si super aquas, non demergatur in aquam gravis ruina terrarum. »

Col. 24 A 4. Ἐπὶ τίνος οἱ κρίκοι. Locus est Job. xxxviii, 6, in quem notat Olympiodorus : Οἱ δὲ ἄλλοι βάσεις οἱ κατάπηγες. Κρίκους λέγει τοὺς ἀναβαστακτῆρας. Πρῶτον μὲν ἐκκρεμῆς ἐστὶ, φησί· ποῖοι κρίκοι αὐτὴν φέρουσι ; τὴν γῆν δηλονότι, οὐχ ὡς τούτων ὄντων, ἀλλ' ὡς ἀσφαλῶς οὕτω βεβηκυίας αὐτῆς, ὡσπερ ἂν εἰ κρίκοι ἦσαν ἄνωθεν βαστάζοντες καὶ πεπηγότες. Ἐπειδὴ γὰρ

ὁ κρίκος μετέωρον φέρει τὸ σῶμα, τὸ δὲ μετέωρον οὐ ἔστηκε, διὰ τοῦτό φησι, πεπήγασιν· « Alii vero, bases, pali. Fulcra enim ac firmamenta ipsa circulos nuncupavit. Primum enim ea suspensa est, inquit ; quinam illam circuli sustinent ? terram nimirum : non quasi illi sint uspiam : sed quod ea ita fixa et stabilis maneat, ut si desursum fixis gestaretur circulis. Nam quia circulus vel annulus suspensum corpus sustinet, quod autem suspensum est, non stat, idcirco dixit, fixi sunt. » Annulos intelligit, sive orbes ferreos, quibus conopæa vel tapetes tenteriorum seu velorum sustentantur. At interpretationis Latinæ auctor ex Hebræo vertit, « super quo bases illius solidatæ sunt : » cum quo conveniunt, quæ ex Aquila, Symmacho vel Theodotione Olympiodorus in medium attulit. Eustathius demum ediderat : « Super quid circuli ejus infixi sunt ? »

Col. 26 A 9. *Sin hoc.* Clarius hoc Cornarius, « Sin minus hoc. » εἰδὲ μή. Eustathius, « aut si secus evenerit. »

Col. 27 C 3. *Mane.* Interpres ediderat, « ab usque nimirum diluculo. » Eustathius contentus fuit dicere, « modicis mane decursis sermonibus. » Verisimile namque est mane tempore sacræ συναξέως, id est, collectæ vel missæ, habitam fuisse concionem ab episcopo unam tempore Quadragesimæ, atque alteram sub ipsam vesperam : hinc illud est homil. 3 : Τὴν μὲν ἑωθινήν τροφήν τῶν ψυχῶν, τὴν δὲ ἑσπερινὴν εὐφροσύνην, et homil. 9 : Ἡ ἑωθινὴ τῶν λόγων τράπεζα. Cæterum illud, ὁμοτίμως, c. 6, dilucidius vertit Eustathius, « pari honore constructis. » Cornarius, « utrisque pariter factis, » id est pari jussu, et eodem tempore.

Col. 31 A 5. *Quod si ingenua est.* Argyropylyus verterat, ut ex antiquioribus Latinis editionibus admonet Montacutius : « Si igitur hæc ingenua est, nempe materia, de qua prius sermo erat, quam ingenuam philosophi pronuntiabant. » Cornarius itidem : « Si quidem igitur ingenua est hæc, primum quidem æqualem cum Deo senii dignitatem habebit. » Eustathius : « Quam si dixerimus ingenuam, sine dubio cœquari Deo in promerendis æstimatur honoribus. »

Col. 31 C 7. Melius expressit hæc Cornarius, quam Argyropylyus : « Ex hoc autem contingit ipsis negare magnum Deum constitutionis rerum præsidem esse. » Corrigendus porro Eustathius, apud quem legendum : « Hinc illis data occasio negandi causis Deum præesse mundanis, » pro « occasione grandi causis. »

Ibid. D 5. *Ventilabrum.* Tilimannus annotarat in hunc locum, legisse Argyropylyum ἄροτρον pro πύρον, aratrumque vertisse, non ventilabrum : Hesychius : Πύρον· ξύλον, ἐν ᾧ διαχωρίζουσι τὸν σῖτον ἀπὸ τοῦ ἀχύρου· « Lignum, in quo frumentum a palea separant. » Alii volunt palam ligneam esse, qua semina ex acervo sumentes agricolæ ab una areæ extremitate in alteram contra ventum jactant.

ut ista ventilatione a pulvere et aceribus purgentur. A Eustathius : « Sic agricultoribus ventilabrum. » Paulo post c. 1, non ἀρρόγτω ut erat in Basil. sed ἀρρόγκτω legendum ex duobus Regiis mss. Eustathius : « Inviolabilibus cujusdam concordiae vinculis. »

Col. 35 C 5. *Juxta intelligentiæ.* Argyropylos, ut monet Montacutius, ediderat « præ intellectus sui ratione contendunt, » sed et hoc minus recte, cum hic διάνοια non intellectum, sed sensum et sententiam indicet. Eustathius dixit, « obscuritas est secundum rationem sensus ; » Cornarius, « juxta sententiæ consequentiam, » quia nimirum tenebræ luci opponuntur ; et tenebræ, quarum princeps est diabolus, Deo contrariæ.

Ibid. C 12. *Lupi graves.* Addidimus epithetum, quod est additum et Actorum xx, 29 : Ἐισελεύσονται μετὰ τὴν ἀφίξίν μου λύκοι βαρεῖς. *Intrabunt post discessionem meam lupi rapaces.* Ita Vulgata, quemadmodum et Eustathius hoc loco, « qui non lupi raptores, dilaniantes gregem? » Idem subjicit : « Hinc Marcionis et Valentini, et execrabilis Manichæorum secta manavit. » Apud Argyropylos legabatur « Valentiniani, » sed auctor hæresis fuit Valentinus, sectatores ejus Valentiniani.

Col. 39 B 5. Τὸ κακόν. Istud etiam ex codicibus scriptis additum asserit Montacutius, quod duo Regii nostri non agnoscunt, sed Eustathius, « Neque enim si malum ex necessitate descenderet, tantus peccantibus legum metus incumberet. » Paulo post scribendum hoc loco, « immineret, pœnæ vero judiciorum tam inevitabiles essent. »

Ibid. C 12. *Si quid erat ante.* Exscripsit ad verbum hunc locum usque ad illas dictiones, σώματος παρυπέστη, Theodoretus, quæstione 6 in *Genesisim*, et quamvis hic ita Basilius loqui videatur de angelorum existentia ante mundi creationem, ut dubitet, vel ex suppositione de iis agat : tamen homilia 1 disertis verbis et sine dubitatione asserit, in limine creatos fuisse beatarum mentium ordines, pag. 5 : Τὰς λογικὰς καὶ ἀοράτους φύσεις, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν νοητῶν διακόσμησιν Quo factum est, ut hæc in suam quæstionem sextam inserere non dubitaverit Theodoretus, postquam dixerat quæstione tertia : Συνομολογουμένου δὲ τούτου, τῷ τῆς εὐσεβείας οὐ λυμάνεται λόγῳ τὸ πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς γεγενῆσθαι λέγειν τῶν ἀγγέλων τοὺς δῆμους : « Hoc autem concessio, si quis angelorum turbas ante cælum et terram conditas esse dixerit, non offendet verbum pietatis : » et hæc fuit pene communis Græcorum Patrum sententia : sed alteram, quæ sancti Augustini est, fere omnes, qui post Augustinum Latine scripserunt, sequuntur. Apud eundem Theodoretum legitur τῶν ἀγαθῶν ἐπαγγελίαις, non τῶν ἀγίων : eique lectioni favent duo Regii codices, et Eustathius, « in bonorum promissionibus operitur. » Rursus quod sequitur, ἰκκνὸν τῶν ἕξω, inverso ordine exhibet Theodoretus, ἰκκνὸν τῶν ἐνδον διαστῆσαι τὰ ἕξω. « Quod possit ea, quæ foris sita sunt, separare ab iis, quæ intra se com-

prehendit. » Et hanc fuisse lectionem textus Basilius ex Eustathio conjici potest, qui vertit : « Ut possit ea, quæ extrinsecus habentur ab interioribus separare. » Denique ἐναπολειφθέντα idem Theodoretus habet cum duobus Regiis, non ἐναποληφθέντα.

Col. 43 A 14. *Sed viri Syri.* Annotarat in hunc locum Tilmannus, vel alius quispiam, Ephræm Syrum intelligendum, quem alii addunt æqualem et perquam familiarem fuisse Basilio ; sed et Diodorus Tarsensis idem de verbo Hebraico פִּתְּוּ דֹּעַ docet in Catena Zephyri : Βούλεται ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις ἡ τοῦ ἐπεφέρετο σημαίνειν, ὅτι καθάπερ ὄρνις ὡς θάλπει ταῖς πτέρυξιν ἀπαλῶς ἐφαπτομένη εἰς τὸ ζωογονεῖν οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα ἐπεφέρετο τοῖς ὕδασι ζωοθαλαποῦν. « Hebraica dictio pro qua nos habemus ferebatur, illud per se videtur significare, quod sicut a gallina fovetur ova, dum alis ab ea leniter atterritantur, ut animata reddantur : ita quoque Spiritus super aquas ferebatur, ut suo illa stepore animaret. » Hieronymus in *Quæst. Hebraicis* : « Pro eo quod in nostris codicibus scriptum est, *ferebatur*, in Hebræo habet *meraepheth*, quod nos appellare possumus : incubabat, sive confovebat, in similitudinem volucris ova calore animantis. Ex quo intelligimus non de spiritu mundi dici, ut nonnulli arbitrentur, sed de Spiritu sancto, qui et ipse vivificator omnium a principio dicitur. » Deducitur a radice פִּתְּוּ quæ moveri significat, aut movere se expansione et dilatatione alarum, ut solent aves pullis incubantes, ut Deut. xxxii, 11 : *Et super pullos suos volitans.*

Col. 46 A 10. *Deducit.* Aer nimirum, ut expressit Eustathius : « Sicut enim obtutus nostros illo momento temporis aer mox ad ea dirigit : aer, inquam, is, cujus antea dixit naturam esse perspicuam. » Ibid. c. 1, ἐμφεγξάμενος. Medicæi codicis non omnino contemnenda varia lectio ἐμφεγξάμενος, « illucens, affulgens, » aut « cum illuxisset. » Φέγγουσαν exponit Hesychius λαμπρόνουσαν. Et paulo post mendose Basiliensis habuit τυπόμενον, pro quo duo Regii, τυπούμενον, « efformatum lingua ; » Eustathius tamen vulgatæ suffragatur lectioni, « nec aerem lingua verberatum sermonem. »

Col. 49 B 3. *Ευνοπακουομένης.* Vox μιᾶς duabus inclusa virgulis aberat a duobus Regiis mss. et ab uno Anglico. Eustathius : « Subaudientibus videlicet nobis, quia nuncupatione diei nox quoque debet intelligi. »

Col. 50 B 14. *An ea ratio.* Hæc ita cum sequentibus jungenda sunt, ut interrogatio usque ad finem periodi differatur, « septies redeuntem, » et deleatur vox « sane » hoc modo : « Litteris traditur : Deus nimirum qui temporis, » etc. Eustathius : « Vel sicut secretior tradit ratio, Deus cum naturam temporis procrearet. » Item illud, τοῦτο δὲ κυκλικόν, sic vertendum est : « Hæc autem est circularis figura, a seipso initium sumere. »

Col. 52 A 5. Ἴνα τί ὑμῖν. Paulo aliter se habet locus apud prophetam : Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου. Ἴνα τί αὕτη ὑμῖν ἡ ἡμέρα τοῦ

Κυρίου ; Καὶ αὕτη ἐστὶ σκοτός, καὶ οὐ φῶς · *Væ desiderantibus diem Domini. Ut quid hæc vobis dies Domini? Et ea est tenebræ, et non lux.* Apud Cyrillum legitur : Ἴνα τί τοίνυν αὐτῇ, φησὶν, ἑμῶν, σκοτός οὕσα, καὶ οὐ φῶς ; Διὰ τοι τὸ πλείσταις ὄσαι ἀναπεπλησθαι συμφοραῖς · « Ut quid igitur, inquit, ipsa vobis, quæ tenebræ est, non lux? Quia nimirum longe plurimis calamitatibus opplebimini. » Vulgata Latina, *Ad quid eam vobis?* nimirum, optatis advenire? Itaque ad sensum, non ad verbum citavit hunc locum Basilius, cum dixit : « Ut quid vobis quærere diem Domini? » Sic enim interpretatus est Latine Ambrosius lib. I, c. 10.

Ibid. B. 6. Ἐκεῖνοι λόγοι. Duo Regii legunt ἐκείνης, et Eustathius suffragatur, « sed vesperæ illius narratio. »

Col. 52. C. 2. Περὶ τῶν πρώτων. Emendanda est inscriptio, licet eam præferant manuscripti quidam, ex oscitantia librariorum, pro περὶ τῶν πρώτων τῆς γενέσεως.

Col. 54 B. 4. *Quam commodarint.* Immutavimus interpretis verba, « quam fenori tradiderint Deo : » quibus simile illud Cornarii, « quod temporis pars ad usuram tradita non evanescit, » et Eustathii, « pars modici temporis fenerata Deo non deperit. » Ambigua est vox fenerandi, et sæpe de pecunia ad usuram mutuo data usurpatur : at τὸ δανείζεσθαι, Aristophanis Scholiastes τὸ δάνειον distinguit ἀπὸ τοῦ τόκου, « mutuum quodvis, ab eo quod ad usuram datur, » unde libellus Plutarchi : Περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι · *De vitando ære alieno,* recte Latine inscribitur, non ut Gallicus interpret edidit, « De pecunia mutua ad usuram non accipienda, » vel « De non fenerando. » Sic intelligendum illud psalmi xxxvi, 22 : Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐκ ἀποτίσει · *Mutuatur, vel mutuum accipit peccator, et non solvet;* et Proverb. xix, 17 : Δανείζει Θεῷ ὁ ἐλεῶν πτωχόν · *Mutuum Deo dat, qui pauperis miseretur.* Verbum enim Hebraicum נָחַל commodato vel mutuo accipere sonat, et fidem mutuanti obstringere.

Ibid. C 12. *Quomodo Deus.* Argyropylos ediderat, « Hoc est : num Deus nostro loquatur more. Et quidem prius a rebus ipsis typus sive adumbratio abstracta se inserit, et imprimatur intellectui sive cogitationi hominis. » Simplicius Eustathius, quem secuti sumus : « Quomodo Deus alloquitur, nostrone, id est, hominum, more, qui prius futuræ rei formam concipimus intellectu. »

Col. 53 A 8. *Ecqua tandem.* Scripserat fortasse interpres : « En quæ tandem ; » clarius Cornarius edidit : « Hæc quidem igitur hi qui materiam ingeneratam opifici superinducunt. »

Ibid. B 11. *Nos contra.* Consentiant cum Basilio Theodoretus quæstione 11, et auctor *Quæstionum* apud Justinum, quæstione 57, cum ex verbis Mosis colligunt duos esse cælos : quod nimirum dixerit, primo Deum creasse cælum et terram, deinde jus-  
sisse, ut fieret firmamentum in medio aquarum. Licet autem plures duobus cælos esse colligere ex

A loco Pauli, II Corinth. xii, 2, ubi scribit Apostolus raptum se usque ad tertium cælum, et ex psalmo cxlviii, 4 : tamen in eo cum illo consentiunt alii duo Patres, quod esse duos ex iisdem Scripturæ sacræ locis colligunt, et quod cum illis agnoscit, ex illo genere locutionis, quod numero multitudinis utatur, cum de cælis agit, concludi non posse plures cælos esse : quamobrem immerito reprehendus quibusdam videtur vir doctissimus Benedictus Pererius, quod similia dixerit tradidisse Theodoretum et Justinum, cum Theodreti hæc verba sint : Τοιγαροῦν καὶ ὁ τῶν δευτέρῳ διαπιστῶν οὐρανῶ, ἔξω βαίνει τῆς εὐθείας ὁδοῦ, καὶ ὁ πλείω πειρώμενος ἀριθμεῖν, μύθοις ἔπεται, τῆς τοῦ θεοῦ Πνεύματος διδασκαλίας καταφρονῶν · « Qui igitur non credit secundum esse cælum, semitam rectam transgreditur : qui vero plures numerare conatur, neglecta divini Spiritus doctrina, fabulis adhæret. » Apud Justinum autem : Ἐκ τῆς ἀκολουθίας οὖν τῶν κειμένων φωνῶν νοοῦμεν οὐρανοὺς κατ' οὐσίαν μὲν δύο, κατὰ διαστήματα δὲ πλείονας · « Ex hisce dictis ergo, quæ posita sunt, consequens est, ut intelligamus cælos substantia quidem duos, interstitiis autem plures. » Porro ibidem legetur aptius ἄρτος ἐξ οὐρανοῦ, « panis de cælo, » Joan. vi, 41 ; quam ἀετὸς ἐξ οὐρανοῦ, « aquila de cælo : » neque enim tale quidquam in Scriptura occurrit, sed tantum Threnor. iv, 19 : Διώκοντες ἡμᾶς ὑπὲρ ἀετοῦς οὐρανοῦ · *Persequentes nos super aquilas cæli.*

Col. 61 A 8. Ἀποτελοῦντος. Cum antea legeretur ἀποτελοῦντας, emendavit ex Anglicis mss. C Montacutius ἀποτελοῦντος, nempe πνεύματος · at duo Regii codices præferebant ἀποτελουμένους φόφους. Cornarius : « Eo quod violenter erumpant strepitus tonitrua efficientes. » Eustathius : « Qua spiritus conceptus in nubibus violenterque proruptus efficit sonum tonitrualem. » Cæterum idem quod de crystalli origine tradit Basilius ex aquæ congelatione nascentis, tradit et Statius in *Epithalamio Stellæ,*

*Raraque longævis nivibus crystallæ gelari ;*

et Plinius lib. xxxvii, cap. 2 : « Contraria causa crystallum facit gelu vehementiore concreto. Nec alibi certo reperitur, quam ubi maxime hibernæ nives rigent glaciemque esse certum est, unde et nomen Græci dedere. » In quem locum annotat Dalecampius, ex Agricola, lib. vi *De fossilibus,* « falli Plinium, quod crystallus vere fiat ex lapidescente perspicuo succo, quem sub terris, aut inter gelidas rupium venas frigiditas vehemens glaciatur et durat. » Diodorus quoque Siculus aliam causam profert lib. II *Bibliothecæ* : Τοὺς κρυστάλλους λίθους ἔχειν τὴν σύστασιν ἐξ ὕδατος καθαροῦ παγέντος, οὐχ ὑπὸ ψύχους, ἀλλ' ὑπὸ θεοῦ πυρὸς δυνάμεως · « Crystallum ex aqua purissima in glaciem indurata coalescere aiunt, non quidem a frigore, sed divini ignis potentia. »

Col. 62 B 5. *Specularis.* Sic reposuimus, pro « specularii. » In quibusdam Anglicis erat σπῆ-

κλου, ut et in Regiis duobus; mendose. Plinius lib. xxxvi, cap. 22: « Specularis vero, quoniam et hic lapis nomen obtinet, faciliore multo natura, finditur in quamlibet tenues crustas; » et lib. iii, c. 31: « Metallis Hispania tota scatet ceterior, et specularibus lapidibus. » Specularis dicitur, ex quo fiebant specularia. Seneca epist. 60: « Quaedam nostra demum prodiisse memoria scimus, ut speculariorum usum perlucente testa clarum transmittentium lumen. » In quem locum Lipsius recte monet, specularia quadras sive orbes fuisse fenestris insertos ad lucem immittendam, ventos excludendos, vicem et usum hodie vitreorum, dicta a lapide speculati, idemque Catanæus in Plinium annotarat. Martialis lib. viii, epig. 14:

*Hibernis objecta notis specularia pueros  
Admittunt soles....*

Sed ea exemptitia fuisse tradunt, ut cum liberet auferrentur. Eustathius hoc loco sic emendandus: « Et qui secundum suam naturam fuerit sincerus inventus, nec alicujus putredinis admistione fœdatur, nec fundus rimis aliquibus fissus est, aeri similis habetur. » Addidimus apud Argyropyllum « ad fundum, » et « aut fissuris perforatus, » ut Græcus textus exigebat. Cornarius vertit, neque putredine aliqua exesus, neque segmenta, aut strias in altum productas habens. »

Col. 64 A 6. Ὁ μὴ ἐνορῶν. Anglici libri rectius, quam vulgata lectio vel Regii mss. Ἄλλ' ὁ μὴ ἐνορῶν, sicut paulo ante ἄλλ' ἢ ὁ μὴ ἀκούων. Eustathius dixit, « Quis autem tam surdus est, quam qui non audit ita palam vociferantem Scripturam, vel quis tam cæcus, nisi qui evidentibus documentis instructus. » Alludit autem ad illa prophetæ Isaiæ xlii, 19: Καὶ τίς τυφλὸς, ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου, καὶ κωφοὶ, ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; *Et quis cæcus, nisi pueri mei, et surdi, nisi qui dominantur illis?*

Col. 66 D 3. *Ex Pyrenæo.* Fidelius expressit mentem auctoris Eustathius: « Ab occidentis vero climatibus æstivis sub Pyrenæo vertice Tartessus; » tametsi Aristoteles, ex quo ista desumpsit Basilius, dixit, ἐκ τῆς Πυρήνης, « ex Pyrenæo. » Quem enim Ptolemæus et alii Bætium appellant, Straboni et Pausaniæ Tartessus est. Atque in Atlanticum quidem mare verum est Tartessum exonerari ortum ex Pyrenæo, sed Istrum seu Danubium ex illo fluere falsum est, ut quod ait Seneca, lib. vi *Naturalium quæstionum*, illum Europam et Asiam determinare, quod Tanai potius fluvio convenit; sed ista geographica non ita exacte Aristoteles aliique philosophi expenderunt, quos dum ἀβασάνιστως sequitur sanctissimus Pater Basilius, multa hic descripsit, quæ ad Ptolemæi potius et Strabonis aliorumque historicorum amussim examinanda sunt. Danubii ergo fontes collocat Strabo in medio silvæ Hercyniæ, quemadmodum et Rheni, lib. vii, quæ silva in Germania est: Ptolemæus autem ejus-

dem caput situm esse vult sub 30 longitudinis gradu, latitudinis vero 46, 20 minuto.

Col. 67 A 2. *Quorum est Eridanus* apud Eustathium legimus, « quorum est Rhodanus, » sed utrumque falsum est, sive Rhodanum sive Eridanum Padumve dicas, ex montibus Riphæis oriri, et in occidentalem Oceanum infundi: nam Rhodanus in mare Mediterraneum non longe a Massilia, Eridanus in Adriaticum sinum devolvitur prope Venetias. Porro ex Alpibus fluere Rhodanum, et per Allobrogum campos lapsum apud Lugdunum cum Arari concurrere, docet Strabo lib. iv, eodemque libro fontes Eridani statuit in finibus Ligurum et Medullorum, quemadmodum et Plinius. Ptolemæus caput ejus juxta Larium locum collocat sub gradu longitud. 29, m. 20, latitudinis 44, m. 45. Postremo, quod hic dicuntur per Æthiopiam fluentes amnes quidam ἐπὶ τὴν ἔξω τοῖς πλεομένοις ἀποκενοῦσθαι, rectius ex Medicæo legimus ἔξω τῆς πλεομένης ἀποκενοῦνται, quod apud Eustathium vertitur, « alii in ceteriorem devolvuntur Oceanum, » ubi corrigendum fortasse « in exteriorem, » qui scilicet est extra Columnas Herculis, et extra mare Mediterraneum, quod navigari solet, ut dixit Aristoteles loco jam citato: Ὁ τε Χρεμέτης εἰς τὴν ἔξω ῥεῖ θάλασσαν. « Chremetes in externum mare exoneratur. » Ita dixit et Lucianus in *Prometheo*: Καὶ τὴν θάλατταν πλεομένην, καὶ τὰς νήσους κατοικουμέναν. « Mare navigatum, et insulas habitatas. » Externum autem mare, ut infra, οὐ γὰρ ἦν ἡ ἔξω Γαδείρων θάλασσα.

Ibid. B 3. *Qui dicis abyssu.* Ita quoque Latine extulit Eustathius: *Qui dicis abyssu: Dissipaberis* et Cornarius, qui non animadvertunt prophetam introduci ad Deum verba facientem: itaque rectius vertes ad sensum Basili: *Qui dicis abyssu.* Sin autem spectes prophetæ ipsius textum apud LXX, sine dubio lapsus memoria videtur Basilius, neque jam propheta πρὸς τὸν Θεὸν διαλέγεται, aut ut volunt quidam, προφήτης περὶ τοῦ Θεοῦ, sed potius, πρὸς τὸν λαὸν Θεός, *populum Deus alloquitur.* Itaque recte Vulgata Latina, *Qui dico profundo, Desolare,* Unde et sequitur Græce: καὶ τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ, *et flumina tua arefaciam.* Præcessit enim, *Hæc dicit Dominus redemptor tuus, et: Memento horum, Jacob.* Duo Regii codices constanter legunt πρὸς τὸν Θεόν. Immutavimus illud, « vulgarem quidem sermone, » et substituimus Vulgatæ Latinæ versionem: mutuatur enim hoc ab Apostolo, II Cor. xi, 6: Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει. *Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia.* Eustathius dixit: « Nullis quidem facundiæ phaleris exornatum, scientiæ vero ratione potissimum. »

Col. 69 C 10. *Μεταθεῖσαν.* Legebatur antea μετατιθέντος, sed ex Anglicis codicibus in margine ascriptum erat μεταθεῖσαν, quod operæ typographicæ in textum admiserunt, at sequentia participia non item immutarunt: in duobus Regiis

scriptum offendimus μετατιθεῖσαν, et in sequentibus τροπὰς ἀπάγοντα σημεῖα μετατιθέντα, et τροπὰς ἐπανάγοντα: quæ cum nonnihil sint ἀναλόλουθα, libenter receptam antea lectionem retine-rem. Eustathius quomodo legerit, ex ipsius verbis conijce. « Et certe videmus moderatricem sapien- tiam Dei, solem in alias partes ex aliis transpo- nentem. Sed nunc eum ad australem zonam nunc ad signa solstitialia pro temporum mutatione tra- ducit. »

Col. 71 B 3. *Ut hæc cæli appellatio.* Non de ap- pellatione cæli agitur, sed de dictione firmamenti: neque recte vertit hoc Eustathius: « Proprie qui- dem aliud illi conveniens fuerat nomen: scimus tamen sæpissime cælum dici locum spissum den- satumque aeris. » Cornarius: « Tanquam proprie quidem alteri appellatione congruente, juxta simi- litudinem vero etiam hoc appellationem transsu- mente. » Hoc vult scilicet, firmamenti appellationem alteri convenire, sed cælum tamen per participatio- nem similitudinis appellari. Cæterum locus ille, πε- τόμενα κατὰ τὸ σπερίωμα τοῦ οὐρανοῦ, decerptus est ex Genesi cap. 1, vers. 20, quem ita expressit S. Ambrosius lib. II, cap. 4: « Volatilia cæli, et vo- lantia super terram secus firmamentum cæli; eo quod volatilia circa superiorem versantia locum terram spectent. » Sed distinguendus est tamen prior locus ex psalmo VIII, 9, *volucres cæli*, a poste- riori ex 1 Genesis. Quartus demum ex Deuteronomii XXXIII, 13, qui sic efferebatur in Basiliensi editione ἀπὸ ὄρων οὐρανοῦ καὶ δρόσου, quo pacto et Ambro- sius videtur legisse libro *De benedictionibus patriar- charum*, cap. 11: Eustathius, *a finibus cæli*: at in Henriciano codice ἀπὸ τῶν ὄρων, *a montibus*, quod et in nonnullis Deuteronomii codicibus scriptum reperiri Flaminius Nobilius testatur: vera est lectio Medicæi libri, quam expressimus, et Romanæ edi- tionis LXX, ἀπὸ τῶν ὄρων, *a fructibus*; Vulgata Latina, *de pomis cæli et rore*. Vox Hebræa delicias et delicatos fructus significat, unde Pagninus ad verbum, « de delicatis cælorum. » Male igitur Kircherus Augustanus in *Indice Bibliorum He- braico-Græco* vocem istam docuit « montem » si- gnificare, hunc locum citans, cum ὄρων legendum sit, non ὄρων: tametsi Biblia Germanica Basilien- sia lectionem illam tueantur: quemadmodum et perperam contendit ibidem vocem eandem He- bræam תְּלֵמַת τροפֵי conversionem sonare, propterea quod in eodem loco dicitur, καθ' ὄραν γεννημά- των ἡλίου τροπῶν, « secundum horam fructuum solis conversionum: » cum tamen illic vox Hebræa תְּלֵמַת « proventus » aut « fructus, » γεννήματα so- net; aut τροπὰς, « conversiones, » non autem תְּלֵמַת quam « delicias » diximus, aut « delicatos fructus Pagninum et alios Hebraicæ linguæ peritos inter- pretari.

Col. 74 C 10. *Adversus ecclesiasticos.* Dilucidius Cornarius: « Nobis autem ad ecclesiasticos etiam quosdam sermo quidem est de discretis aquis. »

A Hoc est, disputandum adversus eos qui ex Ecclesia sunt, non jam ethnici aut pagani ut illi philosophi de quibus antea loquebatur. Origenem enim sup- presso ejus nomine taxat, et quasi somnium an- lemque fabulam expositionem ejus rejicit, sicut ad- monet Pererius eruditissimus ordinis nostri theo- logus in Commentario in hunc Geneseos locum. Is enim, quemadmodum refert Epiphanius in *Epist. ad Joan. Hierosolymitanum*, quæ apud Hieronymum est 60, veritatem historiæ allegoriæ mendacio deprava- bat, et aquas quæ super firmamentum sunt, non esse aquas, sed fortitudines quasdam angelicæ potesta- tis et rursus aquas quæ super terram sunt, hoc est sub firmamento, esse virtutes contrarias, id est dæ- mones: et Hieronymus, epist. 61, sextum ejusdem errorem numerat, quod sic paradisum allegorizet, « ut historiæ auferat veritatem, pro arboribus an- gelos, pro fluminibus virtutes cælestes intelligens. Septimum, quod aquas, quæ super cælos in Scri- pturis esse dicuntur, sanctas supernasque virtutes; quæ super terram, et infra terram, contrarias et dæmoniacas esse arbitretur. » At contraria sen- tentia fere omnium veterum Patrum est tam Græ- corum quam Latinorum, quos enumerant cum Pe- rerius idem, tum Martinus Delrius item noster in 1 Geneseos, veras et naturales esse aquas supra cælum siderum, ut Theodoretus quæst. 11, Justinii *Quæstionum* auctor, quæst. 93, et Gennadius in Catena, cujus expressisse verba Beda videtur in libro *De natura rerum*, eas aquas dicens ad refrige- rationem et temperationem ardoris siderum Iuisse comparatas. Gennadii verba sunt ex ms. codicis illustriss. cardinalis Joesæi exscripta: Ἴνα οὖν μὴ τοῦτο πάσχων ἀπέλοι πρὸς τὴν στάσιν ποτὲ ἀλλ' ἀράματον ὁμοίως καὶ ἀγῆρω πάντοτε διαμένοι, σοφῶς ὁ ἀριστοτέλης θεὸς τὴν ἀφαίρεσιν ἐπ' αὐτοῦ τῶν ὑδάτων ἐμυχανήσατο, τῆς ἐκ τούτων ἐγγινομέ- νης αὐτῷ καταψύξεως πρὸς τὴν ἐκ τῶν ἀστρων ἀν- τικαθισταμένης θερμότητα. « Ne qua igitur caloris vicinitate solveretur, sed in suo statu semper indefessum æternumque duraret firmamentum, sapiens architectus ipse Deus separationem hanc aquarum prudenter excogitavit, ut earum refrigeratione æstus siderum ita temperaret, ut neutram in partem laboraret. »

Col. 75 B. 2. *Etsi dicat quis.* Interpres scripse- rat « annuntiat, ut astruat aliquis et interpretetur hosce cælos virtutes esse quasdam contemplationi concreatas, firmamentum vero facultates, quæ ope- rose admodum et efficaciter fungantur officio, nempe operatrices. » Emendandum apud Eustathium, « contempla' rices esse virtutes, firmamentum autem facturam Dei potentiam, » pro « contemptibiles vir- tutes; » et paulo post, « quæ istis dictionibus inest, » non dictionibus, sed rebus inest ratio et consideratio, unde Eustathius vertit: « Sed consideratio eorum prudenter a sensum habentibus contemplata, glo- rificationem perficit Creatoris. » Cornarius optime « Verum sermo in his speculative acceptus. »



Col. 76 C. 10. Ἐν ἀρχῇ τὸν σκοπόν. Basiliensis editio habuit ἐναρχῇ conjunctim, at Regii duo emendant ἐναρχῇ, et comprobant emendationem Eustathius, dum vertit: « Merito ergo quidem in rationem gignentium manifestam esse proposuit: » quæ licet mendosa indicant hic scribendum, « Qui igitur manifestum eorum quæ fiunt, finem sibi prop. » Eodem modo infra, legebatur in Basiliensi edit., ὁρωμένοις ἐν ἀρχῇ, et ex iisdem mss. correctum est ἐναρχῇ, quocirca vertendum est, « manifesta statim exempla, » ut dixit Eustathius, « benefactoris monumenta certissima capiatis. »

Col. 79 A 13. *Jam vero.* Verba Eustathii substituímus in locum istorum interpretis: « Non desunt, qui vel usque ad insaniam se totos addixerunt equis ad obeunda certamina exercendis, adeo ut in equorum gratiam sibi videantur per somnum conflagere. » Atqui non περὶ ἵπποτρόφων, « de iis qui equos alunt vel exercent, » sed de iis agitur, qui in factiones divisi spectant certamina, vel in circensibus ipsis decertant: proprie namque de circo ita loquuntur Patres, ut insanire ac furere dicant eos, qui inter spectandum contendunt. Tertullianus *De spectaculis* cap. 16: « Cum ergo furor interdicitur nobis, ab omni spectaculo auferimur, etiam a circo ubi proprie furor præsidet. » Gregorius Nazianz. orat. 27: Περὶ τοῦς ἵππικοὺς καὶ τὰ θεάτρα, καὶ τὰ στάδια, καὶ τὰ κυνηγῆσια τοσοῦτον μεμηνῆναι, ὥστε ταῦτα ποιεῖσθαι βίον. « Circa ludos circenses et spectacula, et cursus, et venationes adeo insaniat, ut hæc pro vita et serio quodam instituto habeat. » Hieronymus in *Vita S. Hilarionis*: « Non circi furoribus, non arenæ sanguine, non theatri luxuria delectabatur. »

Col. 80 C 13. Συναγωγὰς αὐτῶν. Ita legitur in codicibus Regiis mss. et ἐκάλεισε θάλασσαν, non ut in Anglicis θάλασσαν, neque mutandum est quidquam, ut volunt, qui rescribunt συναγωγὰς αὐτοῦ. Constante enim omnes libri excusi et calamo exarati habent αὐτῶν.

Col. 82 B 5. *Sequitur.* Atqui non ἔπεται dixit Basilius, sed ἐπωθεῖ, unde Eustathius, « Urgente venientis impulsu; » et Cornarius: Protudit autem superveniens. »

Col. 84 A 14. Ἐκκλησιαστοῦ. Quidam Anglici habent Ἐκκλησιαστικοῦ, at Gallici cum excusis Ἐκκλησιαστοῦ, recte; est enim locus Ecclesiastæ 1, 7: Πάντες χεῖμαρῶν. *Omnes torrentes vadunt in mare.*

Ibid. C 1. Χαλινοῦται. Anglici libri addunt vocem θάλασσα, quam nec excusus, neque Regii duo agnoscunt, sed Eustathius: « Jussu Dei violentiam maris frenat. » Porro quod sub finem paginæ profert de Ægypto, quæ mari Rubro sit depressior, ex Aristotele decerptum est 1 *Meteoror.*, c. 14: Ἄλλ' εὖρεν ὑψηλοτέραν οὔσαν τὴν θάλατταν τῆς γῆς, διὸ ἐπάσαστο διορύττων, ὅπως μὴ διαφθαρή τὸ ῥεῖμα τοῦ ποταμοῦ συμμιγείσης τῆς θαλάττης. « Sed excelsius mare Rubrum comperit, quam terram Ægy-

pli: quapropter fodere desiit, ut ne immisso mare corrumpere aqua fluvii. » Strabo tamen natione Ægyptius falso id renuntiatum Dario Medo tradit lib. xvii: Καὶ οὗτος δὲ ψευθεῖ πεισθεὶς ἀφῆκε τὸ ἔργον περὶ συντέλειαν ἤδη γινόμενον. Ἐπέισθη γὰρ μετεωροτέραν εἶναι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν τῆς Αἰγύπτου, καὶ εἰ διακοπεῖη πᾶς ὁ μεταξὺ ἰσθμὸς, ἐπικλυσθήσεσθαι τῇ θαλάττῃ τὴν Αἰγύπτου. « Hic quoque pene absolutum opus deseruit. Falso enim persuasus est rubrum mare Ægypto esse sublimius, ideoque si medius isthmus incideretur, Ægyptum a mari obrutum iri. » Diodorus Siculus lib. i vocat διώρυγα χειροποίητον εἰς τὸν Ἀραβικὸν κόλπον, « fossam hominum manibus in sinum Arabicum et Erythræum mare deductam. » Plinius autem quomodo conjungere voluerint hi reges utrumque mare clarius explicat lib. vi, cap. 29: « Daneon portus, ex quo navigabilem alveum perducere in Nilum primus omnium Sesostris Ægypti rex excogitavit, mox Darius Persarum deinde Ptolemæus sequens, qui et duxit fossam latitudine pedum centum, altitudine triginta, in longitudinem triginta septem millium cccc passuum usque ad fontes amaros. Ultra deterruit inundationis metus. » Non dicit erga Basilius regem ullum perfodisse isthmum, qui pergit a mari Rubro ad Mediterraneum, sed tantum duo illa maria conjungere voluisse: non quidem ducta ab Arabico ad Mediterraneum fossa, sed ea ducta a mari Rubro ad unum ex ostiis, quibus Nilus in Mediterraneum devolvitur, quod tamen isthmum perfodere appellant historici, licet a mari uno ad alterum fossa non ducatur; atque hoc idcirco monuisse placuit, ne quis memoria lapsus Basilius existimet, aut parum cum eorum narratione consentire, quæ hic tradidit.

Col. 88 A 12. *Mare Rubrum.* Argyrop. ediderat, « ad id quod trans Gades mare Oceanum tendere, eique conjunctum esse ferunt. » Connecti autem cum Oceano vel mari Atlantico cum ait Basilius mare Rubrum, auctores sequitur non paucos, qui Rubri maris nomine non eum tantum, quem vocat Ptolemæus Ἀράβιον κόλπον, sinum Arabicum intelligit qui etiam Erythræum mare dicitur, sed totum illud meridionale mare quod ad Indiam usque in orientem et ad extremas Africæ oras occidentem versus extenditur, quale est quod ait Seneca *Troad.* actu I:

*Et qui renatum prorsus excipiens diem  
Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto.*

Fluvium enim Tigrin exonerari ait in Rubrum mare cum non in Arabicum sinum, sed in Persicum effluat, quia Rubrum mare appellat australem Oceanum, quemadmodum et Herodotus in *Clio*, Diodorus lib. ii *Bibliothecæ*: Quintus Curtius lib. vi, Josephus lib. i, cap. 2 *Antiquitatum*: tametsi Africa antiquis tempore Ptolemæi ultra montes Lunæ esset incognita, neque dum Lusitani extremum ejus promontorium, quod caput Bonæ Spei appellant, navigando superassent.

Col. 88 C 14. *In nullis.* Etsi non reperiuntur

hæc in Hebræo textu, neque in Vulgata Latina S. Hieronymi, minime tamen superflua ea iudicat S. Ambrosius lib. III, cap. 5: « Cum dixerit, quia factum est sic, satis esse putant vocem operatoris ad acceleratæ operationis indicium. Sed quia in aliis quoque creaturis habet et definitionem præceptionis et repetitum operationis vel indicium vel effectum, ideo nos non putamus absurdum id quod perhibetur additum, etiamsi cæteris interpretibus vel veritas doceatur suppetere vel auctoritas. Multa enim a Septuaginta viris Hebraicæ lectioni addita et adjuncta comperimus. » Augustinus etiam *Lib. de Genesi ad litteram imperfecto*: « Ut postea quod dicitur non superfluo additum videatur: sed ut post rationalem et incorpoream operationem intelligeremus etiam corporalem secutam. » Eadem quoque Theodoretus agnoscit, quæst. 12 in *Genes.*, et sibi objicit, cur unam cum dixerit congregationem Scriptura multas postmodum congregationes aquarum commemoret, quia nimirum una est aquarum congregatio, quoniam inter se maria conveniunt, quædam deorsum per subterraneos meatus decurrentia, alia secundum superficiem terræ: sed plurali numero dixit, quoniam aliud est mare Indicum, aliud Ponticum, et aliud Tyrrenum, aliud Propontis: « Ἐξῶθεν δὲ πάλιν ἐπίκειται τὸ μέγιστον πέλαγος, ὅπερ τινὲς μὲν Ἀτλαντικόν, τινὲς δὲ Ὠκεανὸν ὀνομάζουσιν. » Extra autem rursus adjacet mare maximum, quod nonnulli mare Atlanticum, nonnulli Oceunum appellant. » Extra dixit esse Oceanum, hoc est, extra Gades; non ut interpres Theodoreti scripsit: « Præter hæc autem omnia. » Sic locutus est hic noster antea, ἡ ἔξω Γαδείρων θάλασσα, « quod est extra Gades mare, sive ultra Gades externum. » Postremo illa verba, τὰ τοίνυν ἀκριβῆ, usque ad finem periodi non agnoscit Eustathius vetus interpres, nec a Basilio videntur interconcionandum prolata, præsertim cum dicat Epiphanius libro *De ponderibus et mensuris*, appositum esse obelum Scripturæ dictionibus apud LXX Interpretes positus, quæ apud Aquilam et Symmachum non habentur, quod eas Septuaginta ex seipsis apposuerint, non frustra, sed potius in utilitatem: et Hieronymus epist. 89, ad Augustinum, « ubicunque virgulæ, id est obeli, sunt significatur, quod Septuaginta plus dixerint, quam habetur in Hebræo. » At non quidquid in Hebræo non habetur, aut apud Aquilam et Symmachum, reprobatur est.

Col. 96 A 4. Τοῦ γεννᾶν αὐτῆ. Sic Basiliens edit. At Anglici mss. αὐτῆς. Tuentur lectionem editam duo Regii, et Eustathius, « sibi perhibens facultatem. »

Col. 99 A 8. *Lictores*. Immutavimus illa interpretis, « feruligerosque lictores, » et cum Eustathio qui vertit, « faciumque vectores, » maluimus Romanorum voces usurpare, qui fasces, præferri aiebant a lictoribus. Auctor etiam Vulgatæ Actor XVI, 35: Ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους. *Miserunt magistratus lictores*. Plutarchus in *Ro-*

*mulo* ραβδούχους item appellat Græce lictores Romanorum, ὅθεν οἱ ῥαβδούχοι λικτώρεις, αἱ τε ῥάβδοι βάκυλα καλοῦνται. Cruserius interpretatur, « et virgæ, quas gestabant, fasces. » Ad verbum esset, « et virgæ baculi vocantur. »

Col. 105 A 8. Προβληθεῖσιν. In Basiliensi erat βληθεῖσιν, Regii duo præferrebant προβληθεῖσι, unde est προβολή supra, τῆ προβολῆ τῶν ἀνθερίκων. Ambrosius hæc expressit lib. III, cap. 10: « Haud dubium quin majore proventu: siquidem nec cultoris desidia terrarum destituere poterat ubertatem. » Cæterum quæ paulo post στεφανωματικὰ dixit φυτόν Argropylos « quæ ad plectendas corollas faciunt, » interpretatus erat Eustathius, « quæ coronaria vocitantur, » sic enim corrigendum est mendosum illud, « quæ corinaria. » Utitur hac voce Dioscorides lib. I, cap. 9: Ἄσαρον πόα εὐώδης στεφανωματική. « Herba est odorata et coronaria asaron. » Nheophrastus lib. VII, cap. 27, *De caus. plant.*: Ἐν Αἰγύπτῳ χεῖριστα τὰ ἄνθη καὶ τὰ στεφανώματα. « In Ægypto pessimos provenire flores et coronamenta, » scribit, hoc est, folia vel herbas ex quibus coronæ contexuntur, Plin. lib. XXI, cap. 1: « In hortis seri coronamenta jussit Cato. » Postremo quod sub finem paginæ Basilius addit caruisse spinis ante peccatum rosam, repetit etiam Ambrosius loco citato, nec dissentit ab utroque Augustinus lib. I *De Genesi contra Manichæos*, cap. 13. Ubi ait « herbas venenosas ad pœnam vel ad exercitacionem mortalium creatas esse, et hoc totum propter peccatum: » sed ut admonet optime doctissimus Pererius noster in Commentariis in *Genesim*, postea maturius et accuratius rem scrutatus retractavit et emendavit lib. III *De Genesi ad litteram*, cap. 18, et contrariam sententiam est amplexus. Certe cum venenosas et exitiales herbas ante peccatum natas asserat Basilius pag. 58, eadem rationes docere possunt, cur etiam ante peccatum spinas cum rosis edere terram Deus voluerit.

Col. 108 C. 6. Παρεμβασεῖ γάρ. Interpres scripserat: « Immittet enim se, aut medium constituet angelus Domini. » Et sonat hoc quidem Græce παρεμβάλλειν cum alterius rei casus additur, ἐαυτὸν, ὑποψίας, « inserere se, » vel « suspicionem injicere, » sed et « castra locare, » tentoria collocare ordinibus distincta, nullo præsertim alterius vocis casu addito, ut in hoc loco Davidis Budæus in *Commentariis linguæ Græcæ* profert ex Polybio, lib. III. Τὴν δὲ δύναμιν πρὸ τῆς πόλεως παρεμβάλων, ὠχυρώσατο τάφρω καὶ χάρακι τὴν στρατοπέδειαν. « Cum ante urbem castra metatus esset, fossa et vallo exercitum communivit. Positus enim tentoriorum et metatio ordinatione castrensi constans, παρεμβολὴ dicitur. » Porro quotiescunque vox Græca Septuaginta interpretum vel aliorum Græcorum ambigua est, et duas pluresve notiones habet, ea potissimum amplectenda videtur quæ cum Hebræo convenit: atqui ex eodem archetypo vertunt Joa. Campensis et Pagninus, « Castra metatur angelus Domini: » Et Hieronymus ex eodem

textu Hebræo, « Circumdat angelus Domini, » et in cap. LXV Isaïæ unumquemque nostrum habere angelum probans, et hunc versum e Græco citans sic effert : « Circumdat angelus Domini. » Certe Basilium sic intellexisse hunc locum indicant, quæ sequuntur, καὶ οἶοναὶ χάρακας ἡμῖν παρακατέπηξε, θέμενος ἐν, Ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, et in homiliis in *Psalmos*, ὅτι ὄλω στρατοπέδῳ καὶ παρεμβολῇ πολυανθρώπων παρεικάζεται εἰς ἄγγελος. Apud Eustathium mendose, sicut et in quibusdam Latinis codicibus tempore Augustini, legitur, « Immittet angelus Dominus in circuitu. »

Col. 111 B 3. *Velut quædam masculinarum semina.* S. Ambrosius lib. III, cap. 13 : « Præjaciunt ramis ejus palmarum quædam velut semina masculinarum, quibus illi velut quidam sensus perfruitionis infunditur, et expetiti concubitus gratia representatur. » Sic enim emendandum censeo, cum hic Græce legatur, ἐν συναισθήσει τῆς ἀπολαύσεως. Cornarius, « semina quædam, quos culices appellant, atque sic velut in sensu fruitionis ac voluptatis illa constitui. » Apud Eustathium quoque depravata est lectio, « sublato de masculo certos oculos feminæ dicuntur inserere, » ubi forte corrigendum « certos culices; » quemadmodum locum illum expressit Aristotelis I. V *Histor. animal.*, cap. 32, Theodorus Gaza : Οἱ δὲ ἐριννοὶ ἐν τοῖς ἐρινοῖς ἔχουσι τοὺς καλουμένους ψῆνας· γίνεται δὲ τοῦτο πρῶτον σκωλήκιον, εἶτα περιβραγέτος τοῦ δέρματος ἐκπέτεται, τοῦτο ἐγκαταλείπων ὁ ψῆν, καὶ εἰσδύεται εἰς τὰ τῶν συκῶν ἐρινὰ καὶ διαστομῶν ποιεῖ μὴ ἀποπίπτειν τὰ ἐρινὰ. « Ficarios culices caprificus generat suis pomis : fit primum vermiculus, mox rupta cute evolat culex, mutataque sede petificus immaturas, quibus se insinuans, facit ne decidant. » Ita emendatus legitur hic locus in editione Casauboni, et Plinius favet, qui lib. XV, cap. 19, hæc tradit de caprifico : « Ergo culices parit : hi fraudati alimento in matre putri ejus tabe, ad cognatam volant. » Hesychius, ψῆνες, κωνώπια τὰ ἐν τοῖς ὀλύστοις γινόμενα, sed idem quoque alio loco ψῆνας exponit τὰ σπέρματα τῶν φοινίκων, « semina palmarum. » Etymologus etiam : Ψῆνες, αἱ μικραὶ μυῖαι, καὶ ψῆνας λέγουσι τὸ σπέρμα τῶν φοινίκων. « Ψῆνες sunt parvæ muscæ, et ψῆνας appellant semina palmarum. » Quibus adducor ut credam caprificorum ψῆνας distinguendos esse ab istis palmarum, de quibus agit Basilium, neque culices istos esse, sed florem quemdam vel lanuginem, ut verterat hic Argyropylos, « maris florem seu lanuginem immittere. » Confirmat conjecturam nostram Plinius lib. XIII, cap. 4, ubi de palmis agens hæc addit, « ut coitus etiam excogitatus sit ab homine, ex maribus flore ac lanugine, interim vero tantum pulvere insperso feminis. »

Ibid. D 7. *Partim radios.* Interpres scripserat fortasse, « radio solis. » Cornarius, « et radium solis per raritatem large suscipiat. » Ambrosius

autem, « et impedimentum non offertur ad recipiendum solis calorem. »

Col. 116 C 10. Ὑπάρχον. Emenda ex duobus Regiis codd. ἐνυπάρχον τῇ γῆ. « Illud etiam nunc præceptum quod terræ inest. » Et καθ' ἐκάστην ἔτους περίοδον fidelius expressit Cornarius : « Juxta singulorum annorum circuitum : » apud Eustathium deest vox, « annorum : vires proprias quantas habet singulorum annorum curriculis informandum genus herbarum. »

Col. 118 A 11. *Concertantium.* Addimus vocem « athletarum » e Græco, et pro « theatro, » substituímus « stadio, » quod mendose apud Eustathium legitur, « congregatos in studio. » Quod enim Latinis circus a theatro diversus, id stadium Græcis fuit. Martialis tamen lib. XIV, apophoreto 26, significat se usurum tegmine causiæ in teatro, si vela ventus invidisset; et Vopiscus in *Carino* donatos fuisse spectatoribus ludorum publicorum testatur Atrebatibus birros. Umbellis præterea velisque a sole tegebantur Romani; sed Basilium in oriente capitibus nudis in stadio spectatores spectasse testatur. Sed et stadium fuisse Romæ temporibus Constantii principis ex Ammiano Marcelino constat. lib. XVI *Historiar.*, « et Pompei theatrum et Odæum et stadium. »

Col. 120 D 3. Τὸ δόγμα τῆς θεολογίας. Theologiæ vocabulum apud Græcos interdum minus late patere, quam apud Latinos observat doctissimus Jac. Billius in Scholiis ad orat. VII Gregorii Nazianz. Nam apud Latinos theologiæ operam dare dicuntur, qui in sacrarum litterarum studio versantur : apud Græcos autem θεολογεῖν dicuntur, qui divinitatis doctrinam sermone vel scripto persequuntur. Ita S. Gregorius orationes, in quibus ex professo de Patris et Filii et Spiritus sancti divinitate verba facit, *De theologia* inscripsit : ita hoc loco Basilium θεολογίας δόγμα vocat « doctrinam de duabus Trinitatis personis. » Sed et θεολογεῖν nihil aliud significare docet, quam θεὸν λέγειν καὶ ὁμολογεῖν, « Deum dicere ac confiteri, » ut epist. 26 idem Gregorius : Φανερώς ἤδη τὸ Πνεῦμα θεολογεῖς. « Palam Spiritum esse Deum profiteris. » Rectius ergo cum Eustathio hic vertes : « Ubique igitur dogma deitatis mystica narratione conserutum est historiæ; vel ex Cornario, « Ubique, « Ubique ad historiam theologiæ doctrina mystice interspersa est. »

Col. 123 C 3. *A corpore luce.* Scripserat fortasse interpres, « luci se opponente; » nam et ita Græca expressit Eustathius : « Sicut enim lucido die stantem quemdam sub aurora solis mox umbra comitatur, » et Cornarius. « Quemadmodum enim in die umbra ad id, quod splendorem obstruit, consistit, » quasi dicat, umbram comitari corpus quod sese luci opponit, eamque excludit.

Col. 127 A 1. *Sol vertetur.* Paulo aliter apud prophetam scriptum est, Joelis II, 31 : Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἶμα. Sol

*convertetur in tenebras, et luna in sanguinem.* Illud autem alterum membrum Basilii memoria suggestit ex Evangelio Matthæi xvi, 29 : Ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος, αὐτῆς. *Sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum* : cui similis locus Ezechielis xxxii, 7 : Ἡλιον ἐν νεφέλῃ καλύψω, καὶ σελήνη οὐ μὴ φάνη τὸ φῶς αὐτῆς. *Solem in nube tegam, et luna non splendebit lumine suo*; Vulgata : *Et luna non dabit lumen suum.*

Col. 127 G 13. Ἐξήκοντα. Henricianus codex ἐξήκοντα διαιροῦντες at Medicæus διελόντες, cum Basiliensi : Montacutius suspicatur legendum διελόντες μορια, et paulo post ἕκαστον πάλιν τῶν ἐξήκοντα ἐκείνων μορίων ἐξηκοντάκις. At duo Regii præferunt πάλιν τῶν ἐξηκοστῶν ἐξηκοντάκις. Eustathius, *eorumque sexaginta sexagies portiones enumerant.* Ita paulo post loquitur, τῷ χρόνῳ παραδραμεῖν ἐξηκοττά.

Ibid. In Basiliensi edit. erat ἐκάστην τριακοστὴν μοῖραν aberat autem a ms. Regio vox τριακοστήν. Eustathii interpretatio mendosa est, in quibus diximus decretorum sortem fuisse divisam. Cornarius aptius, « in quas singulas tricesimas partes dividi diximus. »

Col. 130 A 12. *Erit etiam.* Interpres verterat : « Faciet etiam omnia animo prompto : denique ad quæstum ingenio solerti. » At προετικός est, qui facile προίεται, ut apud Aristotelem, μήτε φυλακτικὸν προετικὸν δέ, « nec ad custodiendum pertinax, sed ad profundendum facilis ac paratus, » iv *Ethic.*, cap. 2. Cornarius ab auctoris mente non aberravit, « et voluntarius ad dandum. et rursum promptus ad acquirendum. » Eustathius contra interpretatur quasi non προῖεσθαι voluerit, sed προεστάναι eum, qui sub ariete natus sit, « Præsidalem quoque futurum et quæstuosum. » Sed προετικὸν qualem appellavit indicat postea clarius, cum ait, εὐμετάδοτος γὰρ ὁ κριάνος. Porro hanc genethliacorum vanitatem iisdem rationibus oppugnat S. Augustinus lib. ii *De doctrina Christiana*, cap. 21, cum ait mathematicos illos, qui dum stellarum positionem, cum quisque nascitur, consectantur, et inde conantur vel actiones nostras vel octionum eventa prædicere, nimis errare, ac vendere hominibus imperitis miserabilem servitutem. « Nam quisque liber, inquit, cum ad ejusmodi mathematicum ingressus fuerit, dat pecuniam, ut servus inde exeat aut Martis aut Veneris, vel potius omnium siderum, quibus illi, qui primi erraverunt, vel bestiarum propter similitudinem, vel hominum ad ipsos homines honorandos imposuerunt vocabula. » Vide etiam Joan. Picum in *Astrolog.* lib. vi, cap. 15, et Jos. Scaligerum in *Notis ad Manilium*, qui ex Aben Ezra refert alias imagines fixisse cælo Persas, alias Indos, alias sphaeræ Barbaricæ auctores. Arabes etiam omnes Ægyptiorum Chaldæorumque imagines evertisse, omnesque asterismos commutasse tradit Alexander de Angelis, lib. iv, cap. 23, *Adversus astrologos.*

Col. 134 B 13. *Copia frugum.* Εὐθηνήσει dixit non εὐθονεῖ, ut legisse videtur interpres scribens, « quando recte quidem facturus videtur agricola; » atque εὐθόνειν « quidem, » ut ait Sophoclis scholiastes, dicitur ἐπὶ τῶν ὀρθουμένων λοξῶν, « cum ea quæ sunt tortuosa, recta fiunt; » at εὐθηνεῖν ἐπὶ τῶν εὐτυχούντων, « cum prosperis successibus utimur, cum exuberant res, ut optamus, » ut homil. 4 dicitur ὀρχήστρα εὐθηνουμένη θεάμρσιν ἀκολάστοις. Eustathius, « quibus copię fructuum possint etiam non operantibus abundare. » Cornarius, « imo fertilitate abundabit agricola. » Porro eandem astrologorum vanitatem inducere fati necessitatem, et a pietate ac fide homines avocare, pluribus ostendit in Commentario in Isaiaë cap. xiv : Πᾶς δὲ ὁ τᾶ τῆς γενέσεως πράγματα ἀποδεχόμενος, καὶ ἀνάγκην καὶ εἰμαρμένην, καὶ πεπρωμένην πρεσβεύων.

Col. 35 A 10. *Pro portione.* Κατὰ μέρος mavult doctiss. Montacutius verti « per partes, paulatim. » Cornarius scripsit, « particulariter. » Eustathius, « paulatim componit temperiem. » Porro quæ de asciiis et amphisciis affert sub finem paginæ Basilius, ex Strabone desumpsisse videtur, cujus interpres his iisdem vocibus utitur. Plinius etiam lib. ii, cap. 73, dixit : « Quibus in locis Indiæ umbræ non sint, septentrionem non conspici, et ea loca appellari Ascia, nec horas ibi dinumerari. » De Arabibus etiam amphisciis quod subjicit, germanum est illis, quæ ab astronomiæ peritis citantur ex ii Lucani libro :

C *Ignotum vobis Arabes venistis in orbem,  
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.*

« Volunt enim significare, inquit Clavius noster, Arabes citra tropicum Cancrī venisse, ubi perpetuo corporum umbræ in meridie versus septentrionem, hoc est ad dextram mundi partem, nunquam versus austrum ad sinistram partem projiciuntur. »

Col. 137 B 11. *Quatuor anni.* Non, ut interpres, « exactissimum temporum concursum, » τῶν ὥρῶν συνδρομήν. Eustathius vertit ad verbum, « ut diligentius horarum possit colligi perfecta concursio. » Ita dixit Horatius in *Arte* :

*Qui purgo bilem sub verni temporis horam :*  
et ode 12 lib. i :

D *Qui mare et terras, variisque mundum  
Temperat horis.*

Quod autem ait Hebræos quondam ita metiri solitos annum, ut luna cum sunm cursum peregisset, anni effectrix esset, indicat lunares illorum fuisse annos et menses, ac proinde cum duodecim luntationes elapsæ essent, dies tantum cccliv peractos; cumque solaris annus sit dierum ccclxv cum quadrante, necesse fuisse mensem intercalerem addere, ut lunares illi anni solaribus æquarentur. Carolus Sigonius lib. iii, cap. 1, *De republica Hebræorum* tradit, eos interposuisse dies illos undecim cum quadrante, secundo et quarto quoque anno

post mensem duodecimum qui dicitur Adar, decimum tertium, quem vocabant Veadar, dierum viginti duorum et viginti trium, « vicibus alternatis habita ratione quadrantis. » Beda vero in lib. *De temporum ratione*, cap. 43, Hebræos ait, qui solos lunares in lege noverant et observabant menses, juxta naturalem lunæ cursum tricenis undetricenisque diebus communium annorum menses duodenos explicuisse, et tertio vel secundo, ubi decebat, anno tertium decimum in fine anni mensem triginta dierum apposuisse embolismum. Non igitur, ut vult Sigonius, secundo et quarto quoque anno mensis viginti duorum aut viginti trium dierum : sed, ut docet Beda : « Colliguntur post tres annos dies undecim, et fiunt dies triginta tres, unde tertio anno fit embolismus seu intercalatio mensis unius triginta dierum ; tres vero qui supersunt dies, adjectis trium annorum sequentium tribus diebus, fiunt triginta sex : quos sex si duobus annis adjeceris qui habent 22 dies, fient dies 28. Propterea post septimum annum non tertio, sed secundo anno fit intercalatio. » De Græcis antiquis audiendus Solinus in *Polyhist.* cap. 3 : « Græci, inquit, singulis annis undecim dies et quadrantem detrahebant, eosque octies multiplicatos in annum nonum reservabant, ut contractus nonagenarius numerus in menses tres per tricenos dies scinderetur, qui anno nono restituti efficiebant dies quadringentos κλιν, ἐμβολίμους, vel ὑπερβάλλοντας nominabant. » Macrobius etiam lib. 1 *Saturnal.*, cap. 43 : « Intercalares statuta ratione commenti sunt, ita ut octavo quoque anno nonaginta dies, ex quibus tres menses tricenum dierum composuerunt, intercalarent. Id Græci fecerunt, quoniam erat operosum atque difficile omnibus annis xi dies et quadrantem intercalare. Itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare, et nonaginta dies, qui nascuntur, si quadrans cum diebus undecim octies componatur, inserere in sex menses distribuendos. » Item Herodotus lib. 11 : « Ἐλλήνες διὰ τρίτου ἔτος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι τῶν ὥρέων ἕνεκα. » Græci tertio quoque anno intercalarem mensem introducunt temporum gratia. » Denique secundum quosdam Græcos apud Epiphanium, hæresi LXX, licet tertio quoque anno fiat intercalatio unius mensis triginta dierum, et sexto item anno alterius mensis triginta item dierum, tamen octavo anno interjecto tertio item mense concludit : Καὶ οὕτως κατὰ περίοδον ὀκταετηρίδος ἑννεήκοντα ἡμέραι, οἵτινες εἰσι πληρέστατοι ἐμβόλιμοι μῆνες τρεῖς, οἱ γίνονται κατὰ τρία ἔτη μὴν εἰς, καὶ κατὰ δύο ὕστερα ἔτη μὴν εἰς. » Atque ita per octennii circuitum intercalantur dies nonaginta, qui sunt plenissimi menses intercalares tres, et fit in primis tribus annis mensis unus, et in duobus posterioribus annis mensis unus. » Itaque in eandem summam redit post octo annos nonaginta dierum in tribus mensibus intercalatio. Postremo observa Basilium dixisse Græcorum antiquissimos menses habuisse lunares, et unum intercalasse : propterea

A quod recentiores Græci, ut Athenienses, anni formam C. Cæsaris edicto mutarunt, et Julianum amplexi sunt : habuitque initium suum non solstitiale, sed autumnale et Alexandream, a mense Octobri, ut ex decreto illorum colligitur quod pro Hyrcano summo pontifice Judæorum ediderunt apud Josephum lib. XIV *Antiquit.*, cap. 46.

Col. 139 A 10. *Peræque contuentur.* Eustathius eodem modo vertit, « similiter intuentur. » Montacutius mavult, « æqualem contuentur, hoc est, ejusdem magnitudinis, » et ita Cornarius, « Britanni æqualem vident. » Itaque locum hic non habet illud Virgilianum 1 *Æneid.*, vers. 568, populariter dictum :

*Nec tam aversus equos Tyria sol jungit ab urbe.*

B Col. 143 B. 10, *Euriporum refluxus.* Interpres ita hæc expresserat, ut Euriporum æstum cum Oceani æstu misceret, « et æstus etiam gurgitesve maris reciproci, partim in Euripis, partim in Oceano, quos ordinate consequi ; » distinxit eos Eustathius hoc pacto : « Euriporum quoque meatus refluxus hoc indicat, vel etiam reciprocatio Syrtium, quæ vicinæ habentur Oceano ; » et Cornarius : « Euriporum refluxus, et maris circa Oceanum appellatum reciprocatio ; » distinxit et Strabo lib. 1, pag. 38 : Περὶ μὲν οὖν τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώσεων εἰρήκασιν ἰκανῶς Ποσειδώνιος τε καὶ Ἀθηνόδωρος· περὶ δὲ τῆς τῶν πορθμῶν παλιρροίας εἰπεῖν ἀπόχρη, ὅτι οὐδὲ εἰς τρόπον τοῦ ροῶδεις εἶναι τοὺς πορθμοὺς, ὃ γὰρ κατ' εἶδος· οὐ γὰρ ἂν ὁ μὲν Σικελικὸς δις ἐκάστης ἡμέρας μετέβαλεν, ὁ δὲ Χαλκιδικὸς ἐπτάκις. » Cæterum de maris æstuatione sufficiunt, quæ a Posidonio sunt et Athenodoro dicta. De fretorum autem fluxu ac refluxu, cum ipsi quoque magis physicam causam habeant, hoc dixisse sufficet, non unum esse in universum modum æstus fretis omnibus : alioqui non Siculum bis quotidie mutaretur, Chalcidicum septies. » At libro IX, pag. 278 : Ἐπτάκις μεταβάλλειν φασὶ καθ' ἡμέραν ἐκάστην καὶ νύκτα. » Septies quavis die ac nocte mutari. » Pomponius Mela lib. 11, cap. 7 : « Euripum vocant rapidum mare et alterno cursu septies die ac septies nocte fluctibus invicem versis. » Livius tamen lib. XXXVIII, non septies die, sicut fama fert, temporibus stas reciprocare scribit, sed temere in modum venti nunc huc nunc illud verso mari. Plinius denique, lib. 11 *Histor. natural.*, cap. 97, ubi Euripum dixit septies die ac nocte reciprocare, addit : « Æstus idem triduo in mense consistit, septima, octava, nonaque luna. » Ita varia de æstibus maris narrantur, quorum causas diversas profert idem Plinius toto illo capite libri 11.

Col. 144 D 1. Ἰμᾶς τῆς ἑαυτῶν. In Basiliensi editione scriptum fuit ἡμᾶς, at interpres ὁμᾶς legit. Rursus Basiliensis habuit λόγῳ μετρήτε, et ἀναλογίσασθε, duo vere Regii præferunt ἡμᾶς, et μετρηται, et ἀναλογίζεσθαι. Emendandum videtur ἡμᾶς τῆς ἑαυτῶν, et μετρήτε, et παρ' ἑαυτοῖς ἀναλογίσθη-

σθε. Eustathius : « Quamobrem oportet accusare suam quemque potius imbecillitatem, ut non magnificentiam creaturarum verbis humanis metiri posse credatur. » Cornarius ad verbum extulit : « Candide igitur oportet nos nostram ipsorum imbecillitatem accusare, ut ne nostra oratione maxima opificia expendatis, sed ex paucis relatis apud vos ipsos supputetis quotnam, » etc.

Col. 147 B 10. *Ranæ, muliones*. Omiserant ἐμπίδες Argyropylos et Cornarius : Eustathius « muscæ » vertit. Glossarium ἐμπίς, « musca vinaria. » Tilmannus substituit « muliones. » Sunt quidem e culicum genere muliones apud Plinium, libro nimirum xi, c. 48 : sed quærent viri docti quis auctor dixerit, ἐμπίδας Græcorum esse « muliones. » Scholiastes Aristophanis in *Nubes* : Ἐμπίδες, οὓς ἡμεῖς κώνωπας καλοῦμεν, οἱ δὲ εἶδος κώνωπος παραποτάμιον ζῶν ἔχοντος. « Ἐμπίδες, quos nos culices vocamus : alii dicunt ἐμπίδας esse genus culicum, quod juxta flumina solet vivere : » et in *Lysistratam*, Ἐμπίς κώνωψ, ἢ εἶδος ζώου παρὰ τοῖς ὕδασι γεινόμενον ὁμοιον κώνωπι, μεῖζον δὲ. « Genus animalis quod juxta aquas nascitur simile culici, sed grandius. » Dalecampius tamen annotat in illum Plinii locum, ἐμπίδας Aristoteli esse muliones, qui onustos in via mulos æstatis tempore divexant. Locus est lib. v *Historiæ animalium*, cap. 19 : Αἱ δ' ἐμπίδες γίνονται ἐκ τῶν ἀσκαρίδων : quem ita interpretatur doctissimus Theodorus Gaza : « Culices muliones ex ascaridis, hoc est tipulis generantur. »

Ibid. C 12. *Etsi autem*. Hæc substituta sunt in locum istorum verborum ex recognitione Tilmanni : « Et si qua aquatilium pedum fulturis nituntur et incedunt. Horum enim pleraque sunt amphibia maxime, ceu sunt phocæ, crocodili, hippopotami, ranæ, et cancri. In his prærogativa nominis gaudet, quod suapte natura natatile est, ob id dictum est. » Argyropylos ediderat : « Præcipue tamen his nandi facultas accommodatur. » Hoc nimirum vult Basilius, reptilia dici quæcunque in aquis degunt, licet ex iis quædam pedes habeant, quia quæ sunt amphibia, diutius et sæpius in aquis, quam in terra versantur. Ambrosius lib. v, cap. 4 : « Quin etiam cum pleraque pedes habeant, et ambulandi usum, eo quod sint amphibia, quæ vel in aquis vel in terris vivant : tamen cum in alto aquarum sunt, non ambulant, sed natant. » Eustathius aptius mentem exprimit auctoris : « Quia licet multa de illis habeantur ambigua ; tamen eis præcipuus est natatus. » Propterea inter reptilia numerantur.

Ibid. D 5. *Quibus nomenclaturis*. Recte admonet doctissimus Montacutius multo aptius vertisse Argyropylos in prioribus editionibus, quæ nobis nunc ad manum minime sunt : « Non ea quæ ova pariunt, quæ sunt omnia fere piscium genera : » nam Basilius de solis oviparis loquitur, cum ait, ἀπερ ἐστὶ πάντα σχεδόν, non autem de ζωοτόκοις, viviparis, et oviparis simul, ut videntur si-

gnificare ista Tilmanni verba, « quibus nomenclaturis. » Eustathius quoque melius extulit : « Sive ovifica nominaveris, qualia sunt omnia pene genera piscium ; et Cornarius : « Non ovipara, quæ ferme sunt omnia piscium genera. »

Col. 149 A 4. Ὅσα φολιδωτά. Emendandum ex duobus Regiis φολιδωτά. Cornarius, « squamosa et corticosa, » vertit λεπιδωτά et φολιδωτά, quod Latinus sermo aliud synonymum squamosi non habeat : quod enim est in reptilibus φολίς, id in aquatilibus est λεπίς, Latine « squama » in utrisque. Sic in Epistola S. Ignatii ad Antiochenos, p. 196, legendum, ut nuper emendavimus, τοὺς ὄφεις τοὺς συρομένους, τὰ φολιδωτὰ δρακόντια, τὰς ἀσπίδας, « serpentes super pectus repentes, dracones squamosos, aspides, non φιλόδορα, dracunculos pellicium amictu gaudentes : » φολιδωτός vero nidulator, vel qui nidum struit, aut qui latitat, παρὰ τὸ φωλεῖν, quod est in lustris latere. Corticosa dixit interpres, quoniam et Plinio, « quæ animal pariunt, pilos habent ; quæ ova, pennas, aut squamas aut corticem, aut testam, aut testudines, aut cutem puram, ut serpentes. »

Col. 150 A 15. *Gregalia, solivaga*. Antea legebatur, « gregalia, solitaria, ut cete ; » atqui non dixit Basilius gregalia esse solitaria, nec in exemplum solitariorum cete adduxit ; imo tria hæc diversa piscium genera statuit, gregalia, dispersa, cete. Ἀγελαῖα καὶ σποραδικὰ Cicero vertit « congregata et solivaga, » *Tusculan.* v. Theodorus Gaza, « gregalia et incivilia : » nam et Aristoteles docet, i *Hist. animal.*, cap. 1, ex gregalibus quemadmodum et ex solitariis quædam esse πολιτικά, « civilia, » quædam σποραδικὰ. Paulo post sustulimus illud, « porro, » ante has voces, « rarum, meatibusque, » ne duæ res diversæ esse videantur, pulmo et viscus rarum. Sic Ambrosius lib. v, c. 4 : « Nobis pulmo per thoracis laxiora penetralia recipit spiritum, et cum sit ipse poris plerisque penetrabilis, interiorum calorem refrigerat. »

Ibid. C 11. *Testis conclusa*. Latine sic exprimere maluimus, qaam cum interprete « ostracoderma » dicere ; Cornarius « intecta testa ; » ad verbum esset « ea quibus testa cutis loco est. » Plinius lib. iv *Hist. nat.*, cap. 28, « testis conclusa duris » appellat ; quæ vero Basilius μαλακόστρακα, « contecta crustis tenuibus, » et lib. xi, cap. 37, « crusta fragili inclusa. » Mollia denique Græcis sunt μαλάκια. Plinio itidem « mollia, » quæ neque squamas habent neque testas, sed pellem humanæ similem, ut docet Galenus lib. iii *De alimentis*.

Col. 153 A 2. Σὺ τοῦτο. Regii duo libri emendant, τὸ τοῦτον λαβών, nempe eum qui pauperem spoliaverat.

Ibid. 10. *Effugito damnatorum*. Argyropylos, « despiciendorum ; Cornarius, « Fuge imitationes condemnatorum. » Scripsimus, « damnatorum hominum, » ut ad Galat. ii, 11, dixit Apostolus : Ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. *Quia reprehensibilis erat*, vertit

auctor Vulgatæ, Sic apud Ciceronem orat, in *Pisonem*: «Quis te miserior? quis te damnator?» Eustathius denique dixit, « desine vituperatos æmulari, » Cæterum cum polipo comparat frudentos, ejusque fraudem eleganter exprimit ex Basilio Ambrosius lib. v, cap. 8: « Qui vadoso in littore petram nactus. affigitur ei, atque ejus nebuloso ingenio colorem subit, et simili specie terga obductus plurimos piscium sine ulla suspicione fraudis allapsos, dum notam non præcauent, et saxum opinantur, cassibus furtivæ artis includit, » Accipitur et polypus pro homine rapaci, quod soleat polypus, quidquid brachiorum flagellis nactus fuerit, arctissime retinere. Plautus *Aulularia*, act. II, scena II, 21:

*Ego istos novi polypos, qui ubi quid tetigerint, tenent.*

Nonnunquam et cum homine inconstanti confertur, ut apud Nazianzenum orat, 27, pag. 470: « Ἄλλοτε ἄλλος γινόμενος καὶ πολλὰς μεταλαμβάνων χροῖας ὡσπερ τὰ τῶν πετρῶν οἱ πολύποδες, αἷς ἂν ὀμιλήσωσιν. » Alias alios mores induens, ac novos subinde colores assumens, non secus ac polypi petrarum ad quas accesserint, colores referunt. » Aristoteles lib. IX *Histor. animalium*, cap. 37, in timorem confert causam non solum mutati coloris, sed etiam effusi atramenti,

Col. 155 B 6. *Terminos æternos*. Locus est Proverb. XXII, 28: Μὴ μεταίρει ὄρια αἰώνια ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. *Ne transfer terminos æternos quos posuerunt patres tui*. Propterea immutavimus verba interpretis, « terminos quos posuerunt patres nostri eosque continenter servandos transferimus. » Non utitur Scripturæ locutione, ut neque Eustathius hoc eodem loco: « Nam, et majorum nostrorum fines audacter excedimus, et saltus transgredimur vitiorum. » Aliud est excedere, vel transire fines, aliud terminos et limites agro positos transferre, et ulterius collocare. Sic Deuteron. XIX, 14: Οὐ μετακινήσεις ὄρια τῶν πλησίων σου, ἃ ἔστησαν οἱ πατέρες σου. *Non commovebis terminos*, Vulgata, *Non transferes*, Quod vero sequitur, παρατεμνόμεθα γῆν vitiose legebatur in editione Basiliensi posteriori παρατείνομεν, quod emendans Cornarius, et restituendum putans παρατείνομεν, vertit, « ampliamus terram; » at in priori Basiliensi scriptum reperit Volaterranus, παρατεμνόμεθα γῆν, quod ita expressit, « terram secamus, » non ut apud Argyropyllum post Tilmanni recognitionem erat, « terram limitari sectione diducimus. » Ambrosius a nobis stat, lib. v, cap. 10: « Rursus pro singulorum libidine inciditur terra: » denique eandem lectionem duo Regii mss. confirmant.

Ibid. C 10. *Nam cum destinatus* Apud Argyropyllum scriptum fuit, « ab natura articulus accesserit κινήσεως, alii ab aliis, » etc., quam ob causam substitueram in ultima editione Latina Parisiensi ex Jano Cornario: « Cum enim destinatum tempus motus institerit; » quam lectionem suadere videtur ut admittamus, quod sequitur, τίς ὁ κινῶν; « quis est, qui movet? » Postquam autem in

utroque Regio ms. et in Anglicis offendimus κινήσεως, et apud Eustathium, « Nam cum fetandi cœperit tempus vigere, alii ex alio sinu; » plane retinendam censuimus hanc lectionem, cui suffragantur et illa Ambrosii cap. 10: « Sunt tamen aliqua genera piscium, qui non ingenii facilitate loca mutant, sed fovendi partus necessitate, quæ opportuno atque legitimo procurantes tempore. » Suffragatur et Oppianus lib. I Ἀλιευτ., vers. 598:

Πολλοὶ δ' ἀγρόμενοι ξυνήν ὁδὸν ὀρμαίνονται,  
Εὐξείνον μετα Πόντον, ἴν' αὐτόθι τέκνα τέκοιεν.

*Multi vero congregati communem viam meditantur, Euxinum ad Pontum, ut ibi liberos pariant.*

Et Aristoteles lib. VII *Hist. animal.*, cap. 13: Διὰ δὲ τὴν τροφὴν εἰσπλέουσιν εἰς Πόντον, καὶ διὰ τὸν τόκον. Τόποι γὰρ εἰσιν ἐπιτήδαιοι εἰς τὸ τίκτειν, καὶ τὸ πότιμον καὶ τὸ γλυκότερον ὕδωρ ἐκτρέφει τὰ κυήματα. « Tum itaque victus, tum etiam partus gratia Pontum subeunt. Sunt enim ibi loca ad partionem aptiora, et aqua dulcior ac potulentior fetum melius educat. »

Ibid. D 1. *Uti torrentem*. Hoc maluimus, quam quod interpres, « uti flumen et per Propontidem et Euxinum Pontum. » Significat ῥεῦμα undas cum impetu fluentes: quam ob causam Ambrosius vocem Græcam retinuit: « Dicas, si ascendere videas, rheuma quoddam esse, ita prouunt, fluctusque intersecant per Propontidem in Euxinum Pontum violento impetu profluentes. » Idcirco etiam correximus « per Propontidem in Euxinum Pontum, » quem paulo post absolute Pontum appellat, et Aquilonium mare, βόρειον πέλαγος, quia Propontidi est ad Aquilonem, seu mare boreale. Oppianus lib. I Ἀλιευτ., vers. 626:

Ὡς τότε μυριόφυλοι ἄλῶς τέμνουσι κέλευθα  
Εὐξείνον μετα κῶμα, περιπλήθει δὲ θάλασσα.

*Ita tum infiniti maris secant vias*

*Euxinum ad fluctum, plenum est autem mare.*

Addit doctissimus Montacutus emendationem Isaaci Casauboni, quam tuentur duo Regii codices pag. 67, cap. 4, ἀλλὰ καὶ ψυχρὰ χειμῶνος ὥρα, non ψυχρᾶ, ut voluit etiam correctum interpres, « hiemis tempore pergelidum est: » et Eustathius, « sed et frigidum nimis est hiemali tempore. »

Col. 158 D 7. *Quid ipse dices*. Hæc ab interprete male accepta erant, qui perperam interpungendo a præcedentibus ea sejungebat, et cum subsequentibus conjungebat; hoc modo: « Aliud consequatur. Quid ipse dixeris, quæso, qui vitam in otio degis, quod quidem maleficii principium esse nemo qui ignorantiam prætexere possit? » Similis sententia est Ecclesiastici XXXIII, 29: Πολλὴν γὰρ κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία. *Multam enim malitiam docuit otiositas*. Immutavimus et illud, quod sequebatur: « Haud exiguum subit sub ipso tanquam anchora se ipsum stabiliens. » Eustathius: « Quo velut anchoræ dente subnixus, quassationem tempestatis evitet. »

Col. 159 B 14. *Quid sibi vult hic*. Argyropyllus, « Quid hæc mea ratio vult? quid portendit? » Melius Eustathius, « Quid igitur iste sermo desiderat? »

Optime Ambrosius lib. v, cap. 7, quem secuti sumus: « Quid sibi vult sermo hujusmodi nisi ferendos esse mores conjugum? » Cæterum quod hoc loco de viperæ cum muræna coitu profert auctor, confirmatur variorum scriptorum testimonio, ut Licinii Macri apud Plinium lib. xxxii, cap. 2, qui murænas tradit feminini tantum sexus esse, atque ex serpentibus concipere; Oppiani, qui lib. i *De piscatione* hæc de serpente:

Στάς δ' ἄρ' ἐπὶ ῥηγγμῖνος ἐὼν νόμον ἐρρόιζησε,  
Κικλήσκων φιλότητα· θοῶς δ' ἐσάκουσε κελαινὴ  
Ἰουγὴν μύραινα, καὶ ἔστυτο θᾶσσον ὄϊστοῦ.

*Littore consistens horrendum sibilat ore,  
Concubitusque petit, subito muræna profundo  
Excita voce furens, ruit ocior illa sagitta.*

Ælianus lib. i, cap. 50, *De animalibus*, et lib. ix, cap. 66: Μέλλων ὁ ἔχῃς ὁμιλεῖν μωραίνῃ, ἵνα δόξῃ πρᾶος καὶ πρέπων νυμφίῳ, τὸν ἰὸν ἀπεμεί, καὶ ἐκβάλλει, καὶ οὕτως ὑποσυρίσας τὴν νόμφην παρακαλεῖ· οἶονεὶ προγάμιόν τινα ὑμεναῖον ἀναμέλψας· « Cum proximum est, ut vipera complexu venereo cum muræna jungatur, venenum vomitione ejicit atque expellit ut blandus decorusque sponsus videatur. Postea edito sibilo, tanquam hymenæo quodam ante nuptias misso, sponsam appellat, » Hippolytus tamen Salvianus, *Aquatilium animalium historiam*, opinionem auctorum istorum non probat, primum quod neque omnino vera credatur a Nicandro in *Theriakis*, vers 826:

Εἰ δ' ἔτυμον κείνην γε σὺν ἰοβόλοις ἐχίεσσι  
θόρνυσθα· προλιπούσαν ἀλὸς νόμον ἡπειροί-  
[σιν; C

*Fama est, si modo vera, murænam, maris pascuo derelicto, in continenti cum venenum jaculantibus viperis coire; secundo quod hæc opinio vulgaris censeatur a Plinio dicente lib. ix, cap. 23: « In sicca littora lapsa vulgus coitu serpentem impleri putat; » tertia quod ea opinio falsa videatur Andreæ cuidam apud Athenæum lib. vii, pag. 312: Ἐν τῷ περὶ τῶν ψευδῶς πεπιστευμένων ψευδὸς φησὶν εἶναι τὸ μύραιναν ἔχει μίγνυσθαι προερχομένην ἐπὶ τὸ τεναγῶδες· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τεναγῶς ἔχεις νέμεσθαι, φιληδοῦντας λιμῶδεσιν ἐρημίας· « In libro de iis quæ falso creduntur eos mentiri scribit, qui aiunt murænam in lutulentam maris oram progredientem cum vipera misceri: quæ in cænosis locis non degit, sed loca sola amat, ubi nihil eorum inveniatur, quibus fames sedatur; » quarto demum, quod cum in quamplurimis maris littoribus frequentissimæ degant murænae nec piscatorum, nec eorum, qui circa littora versantur aliquem invenerit Salvianus ipse, qui semel eas cum viperis viderit concumbentes.*

Col. 162 A 11. *Lanam auream*. Ita maluimus ad verbum cum Jano Cornario, quam cum Argyropylo, « vellus aureum, » ne quis ad Colchidum illud spoliū alludi putaret, licet Ambrosius quoque sic extulerit, lib. v, cap. 11: « Aureum etiam vellus aqua nutrit, et lanam in memorati speciem metalli gignunt littora. » Aristoteles lib. v, cap. 15, *Histor.*

*animal.*: Αἱ δὲ πίνναι ὄρθαι φύονται ἐκ τοῦ βύσσου ἐν τοῖς ἀμμῶδεσι καὶ βορβορώδεσι· « Pinnæ erectæ locis arenosis cænosisque ex bysso, id est villo sive lana illa pinnali, proveniunt. » Ipse Basilius noster homilia *In divites avaros* de hac pinnarum lana locutus est, tametsi locus non satis fideliter ab interprete expressus videtur: Τὰ δὲ ἐκ θαλάττης ἀνθη ἢ κόχλος, ἢ πίννα, ὑπὲρ τὸ ἐκ τῶν προβάτων ἔριον· « Flores vero ex mari, conchylium, pinna lanam ex ovibus excedunt. » Hoc est, tanta copia pretiosorum istorum colorum exquiritur, ut communium ex ovibus lanarum multitudinem superet. Quam Basilius lanam auream Aristoteles, ratione flavi coloris, byssum appellat, ut notat vir doctus in Athenæi librum v.

Ibid. C 2. *Ut... immobilem*. Cum a nobis correctus sit textus Græcus, interpretis quoque verba necesse fuit immutari. Sic igitur habuit posterior editio Basiliensis: Φυλάσσειν ὡσπερ καταρρίζωθὲν ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει. Henricianus Regius liber: Φυλάσσειν τὴν ναῦν, ὡσπερ καταρρίζωθὲν, quasi ad τὸ ἰχθῦδιον referatur; at Medicæus καταρρίζωθεισαν habuit, quem secuti sumus, unaque Eustathium veterem interpretem, « naves ingentes ita retardat, ac retinet, ut diutius efficiantur immobiles, velut quibusdam fundatæ radicibus in profundo; » item Ambrosius, lib. v, cap. 10: « Sicut brevis pisciculus echeneis tanta facilitate memoratur navem ingentem statuere, ut quasi radicatam mari hæere videas, nec moveri. » Oppianus lib. i *De piscatione* vers. 225:

...Κατὰ δ' ἔμπεδον ἐστήρικται,  
Ἦὺτ' ἐν ἀκλύστοισιν ἐεργομένη λιμένεσσι.

*Firmiterque defixa est navis, tanquam in tranquillis inclusa portubus*. In quem locum scribens scholiastes ex Rondeletio tradit triremem, in qua cardinalis Turnonius vehēbatur nostra ætate Romam, in medio cursu omnibus admirantibus fuisse inhibitam, ut minus miremur, quod est apud Plinium lib. xxxii, cap. 1: « Ruant venti licet, et sæviant procellæ, imperat furori, et cogit stare navigia. Fertur Actiaco Marte tenuisse navim Antonii: tenuit et Caii principis navim, et quadragentorum remigum obsequio intercessit, qui quinqueremeni trahebant, cum gubernaculo adhæreret. » Idem Plutarchus, lib. ii *Symposiac.*, quæst. 7, de Chæremोनiano, cum in Siculo mari navigaret, καὶ θαυμάσαι τὴν δύναμιν, οὐκ ὀλίγην βραδύτητα καὶ διατριβὴν παρὰ τὸν πλοῦν ἀπεργασαμένης τῆς ἐχενηίδος, « admiratum ejus fuisse vim, cum navigationi haud exiguam tarditatem moramque injecisset, »

Col. 163 C 9. *Deinde ratio*. Argyropylo vertisse admonet Montacutius, « Deinde ratio Manichæorum in contrarium evertetur. » Aptins Cornarius: « Deinde Manichæorum sermo in contrarium ipsis convertetur; » et Eustathius: « Deinde in contrarium Manichæis sermo vertendus est. » Hoc est, ipsorum doctrina de anima, quæ jam terræ inesset, ipsorum dogmatibus adversabitur.



Col. 164 C 13. Οὔτε γάρ. Ita Medicæus codex, A at Reginus alter, οὔτε γάρ ὅτε ἤκουσε, βλαστησάτω ἡ γῆ βότανην.

Col. 171 C 12. *Nec facile.* Non hoc vult Basilius, gallinas domo non excedere, sed et ipsas ut columbas esse lascivas. Unde Eustathius, « libidinosa columba, domesticaque gallina. » Cornarii potius usurpanda est interpretatio, « Lascivæ sunt columbæ et domesticæ gallinæ, omni tempore coitus consuetudinem habentes. » Quod sequitur de perdice, obscurius expressit interpretes, dicens eum malitiose in præda agere; Eustathius potius audiendus: « Dolosus et zelotypus perdix, interdumque venantibus hominibus ad aliorum captum malitiose consentiens. » Cornarius item; « Dolosus et zelotypus est perdix, nequiter adjuvans venatores ad prædam. » Meminit et Aristoteles perdicum quorundam, quos θηρευτάς, *venatores* appellat lib. ix *Histor., animal.,* cap. 8: Ἐπὶ δὲ τὸν θηρευτὴν πέρδικα ὠθεῖται τῶν ἀγρίων ὁ ἡγεμὼν ἀντιάσας ὡς μαχούμενος· τούτου δ' ἀλόντος ἐν ταῖς πηκταῖς, πάλιν προσέρχεται ἄλλος ἀντιάσας τὸν αὐτὸν τρόπον. « Perdixem venatorem dux silvestrium primus invadit, pugnamque obviam conserit: quo capto compede, alter occurrit, tum alius, atque ita singulis dimicatur. » Plinius lib. x, cap. 33, dum Aristotelis interpretem agit, θηρευτὴν appellat *indicem* vel ut corrigat Turnebus, *illicem*: « Capiuntur quoque pugnacitate ejusdem libidinis contra aucupis illicem exeunte in prælium duce totius gregis. Capto eo procedit alter, ac subinde singuli. » Ælianus lib. iv, c. 16, quibus dolis feros illiciat perdices venator exponit: Προσάγεται δὲ ἄρα ὁ πέρδιξ καὶ σειρήνας εἰς τὸ ἐφολκόν· ἔστηκεν ἄδων ὁ πρῶτος τὸ μέλος προκλητικὸν εἰς μάχην ὑποθῆγον τὸν ἄγριον. « Utitur perdix venator illecebris quibusdam ad illiciendos feros: ante retia enim positus cantum edit eos lacescentem ad pugnam. »

Col. 174 B. *Nunquam utitur illo.* Hoc quidem nonnulli de apum rege scripserunt, sed id non dicit Basilius, verum aculeo eo non uti ad ultionem. Itaque amplectenda potius videtur Cornarii versio, quæ sic habet: « Et est quidem aculeus regi, sed non utitur eo ad ultionem. » Eustathius: « Et habet spicula quædam, sed his ad læsionem non utitur cæterorum. » Ælianus lib. i, cap. 60: Λέγει μὲν τις λόγος ἀκέντρους εἶναι τοὺς τούτων βασιλέας, λέγει δὲ καὶ ἕτερος καὶ πάνυ ἐρρωμένα τὰ κέντρα συμπεφυκέναι αὐτοῖς, καὶ τεθηγμένα ἀνδρειότατα· οὔτε δὲ ἐπ' ἀνδρὶ ποτε χρῆσθαι αὐτοῖς, οὔτε ἐπὶ ταῖς μελίταις. « Opinio una est apum reges aculeatos non esse: est rursus altera, eos robore aculeorum peracutorum armatos esse: nunquam tamen eo neque contra hominem, neque contra apes uti. » Plinius lib. xi, cap. 47: « Non constat inter auctores, rex nullumne solus habeat aculeum, majestate tantum armatus: an dederit eum quidem natura, sed usum ejus illi tantum negaverit. Illud constat, imperatorem aculeo non uti. »

Ibid. C. *Pulchra decoraque.* Locus est Proverbior. vi apud LXX, ubi post versum 6, *Vade ad formicam, o piger,* additur in Græco textu, ἡ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστὶ, τὴν τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ποιεῖται, ἧς τοὺς πόνοους βασιλεῖς τε καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προσφέρονται. Quæ S. Ambrosius lib. v, cap. 21, in *Hexaemer.,* Basili locum Latino exprimens eloquio, sic vertit, *Vade ad apem, et vide quomodo operaria est: operationem quoque quam venerabilem operatur, cujus laborem reges et mediocres ad salutem sumunt.* S. Hieronymus in cap. iii Ezechielis: « Et in Proverbiis de ape dicitur, quanquam hoc Hebræa non habeant exemplaria: *Vade ad apem, et disce, quomodo operatrix sit.* » Hæc absunt a textu Græco Bibliorum Plantinianorum, ut et alia fere omnia, quæ in Hebræo textu non habentur.

Ibid. C 12. *Deinde aliæ super.* Ὅροφος quidem cameram, vel tectum, at ὀροφή contignationem sive tabulatum sonat: quam ob causam has apum cellulas describens ait ex interpretatione Cornarii Basilius: « Deinde fistulæ hæ bis ac ter concameratæ, atque instar contignationum ædium inter se superædificatæ sunt; et Eustathius: « Subtilissima forulorum interseptione discluditur, qui binis aut ternis super se sunt ordinati tegminibus. »

Col. 178 C 12. *Quin hunc quoque.* Perperam hoc expressit interpretes, quasi nimirum velit auctor aquilam alterum pullum, quem sibi proprium ascivit, tandem ob nutritionis difficultatem abjicere, quod de primo tantum intelligendum est, et cum Jano Cornario vertendum, « familiarem sibi facit, propter alimenti difficultatem abdicans, quem generavit. » Eustathius pariter: « Ita propter victus inopiam cogitur negare, quem genuit. » Ambrosius tamen Basilio non assentitur neque auctoribus, quos ille secutus est. Ait enim: « Aquila quoque plurimo sermone usurpatur, quod suos abdicet fetus, sed non utrumque, verum unum ex duobus: quod aliqui fieri putaverunt geminandorum alimentorum fastidio: sed id non arbitror facile credendum, cum Moyses tantum testimonium pietatis in pullos suos huic dederit avi, ut diceret: *Sicut aquila protegit nidum suum, et super pullos suos concupivit (Deut. xxxii, 14).* » Tum addit existimandum esse idcirco nonnunquam rejici pullum, quod radiis solis objectus intrepidam oculorum aciem non servet, ac proinde quasi degenerem abjici. Tuetur tamen Basilius fides et auctoritas Aristotelis, ex quo ista decerpisse videtur, lib. vi *Histor., animalium,* cap. 6, qui veteris poetæ Musæi versum citat de aquila:

Ὅς τρία μὲν τίχτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἐν δ' ἀλεγίζει.

Ὅς μὲν οὖν τὰ πολλὰ οὕτω συμβαίνει, ἤδη δὲ καὶ τρεῖς νεοττοὶ ὠμμένοι εἰσίν. Ἐκβάλλει δ' αὐξανομένων τὸν ἕτερον τῶν νεοττῶν ἀχθόμενος τῇ ἐδωδῇ. Τὸν ἐξ ἐκβληθέντα δέχεται καὶ ἐκτρέφει ἡ φήνη.

*Excludit binos, edit terna, educat unum.*

« Sed quamvis magna ex parte sic fiat, tamen et tres

visi aliquando sunt pulli. Alterum in educando expellit tædio nutriendi. Sed pullum ejectum ossifraga excipit atque educat. » Observandum est autem apud eundem Aristotelem plura aquilarum efferri genera, lib. ix *De historia animalium*, cap. 32, ac de tertio earum genere colore nigricante illum subjicere, ἐκτρέφει δὲ μόνος οὗτος τὰ τέκνα, καὶ ἐξάγει, « una hæc fetus suos alit, atque educit: » tum expositis variis aquilarum generibus in commune de illis prædicat, τρέφουσι δὲ νεοττοὺς, ἕως ἂν δυνατοὶ γένωνται πέτρωσαι· τότε δὲ ἐκ νεοττίας αὐτοὺς ἐκβάλλουσιν. « Alunt suos pullos, donec potestas volandi fiat: tum nido eos expellunt. » Utrumque locum expressit Plinius lib. x, c. 3. Sic enim de aquila quam melænaeton Græci dicunt: « Minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans; sola aquilarum fetus suos alit; cæteræ, ut dicemus, fugant. » Tum de aquilis cæteris in commune addit: « Pariunt ova terna; excludunt pullos binos; visi sunt et tres aliquando: alterum expellunt tædio nutriendi. » Quod igitur de aquilis in Deuteronomio scriptum est pullos nutrientibus ac foventibus, ad malænaeton referendum est, præsertim cum scribat Ælianus lib. ii, cap. 40: Ζηλοτυπώτατον εἶναι ζῶον ἀστὸν περὶ τὰ νεόττια· ἐὰν γοῦν θεάσῃταιί τινα προσιόντα, ἐπελθεῖν ἀτιμώρητον οὐκ ἐπιτρέπει. « Ex omnibus animalibus maximo studio in fetus suos exsistere aquilam: quare acriter eum persequitur quem in nidum invasisse conspexerit. » Quæ vero de sævitia quarundam aquilarum in pullos suos alii narrant, in aliud aquilarum genus competunt.

Col. 180 C. Οὐρανοῦ, *cæli*. Desunt hic quædam apud Argyropyllum, neque enim exprimunt illa, τοῦ ἀέρος προσειρημένου. Recte Cornarius, « cælo hic urano Græcis ipso aere appellato. » Hic ergo scribendum: « Juxta firmamentum autem cælum appellatur, hoc est οὐρανός, a verbo ὀραῖσθαι, quod est *videri*. » Nec ipse Eustathius mentem auctoris expressit: « Cælum autem hic intelligere debemus a cernendo dictum: Græce enim οὐρανός vocatur ἀπὸ τοῦ ὀραῖσθαι. » Ambrosius, lib. v, cap. 22: « Οὐρανός autem ἀπὸ τοῦ ὀραῖσθαι, id est a videndo: ideo quod aer perspicuus sit, et ad videndum purior, in aere volitantia genera dixit animantium. » Ab Hippocrate quoque more vulgi dicitur aer, qui supra nos est, usque ad nubium regionem, ut annotat Gorræus ex Galeno. Alii derivant ab ὄρος. Aristoteles *De mundo*, cap. 6: Οὐρανὸν ἐτόμως καλοῦμεν ἀπὸ τοῦ ὄρον εἶναι τῶν ἄνω. « Uranon ab origine vocis dicimus, quasi terminum extimum supremorum corporum. » Philo Judæus libro *De plantatione Noe*: Τὸν δὲ αἰθέριον ἐν κύκλῳ τόπον ὠχυροῦτο, τῶν ἐντὸς ὄρον τε καὶ φυλακτῆριον αὐτὸν τιθεῖς. « Hæc autem circumquaque munivit aere, extimum hunc terminum pro munimento custodiaque statuens, unde cælum Græcis nominatum videtur. »

Col. 182 C 6. *Per occultos*. Eustathius. « per

occultos aditus latenter ingredi molientes. » Nam Livius quidem, lib. v, cap. 47, scribit Gallos animadverso ad Carmentis saxum ascensu æquo, sublevantes invicem, in summum evasisse, et Plutarchus in *Camillo*, περὶ μέσας νόκτας ἐπιβάντες ἅμα πολλοὶ τῆς πέτρας ἐχώρουν ἄνω μετὰ σιωπῆς. « Noctis conticinio multi simul cæperunt silenti agmine petram scandere. » Diodorus Siculus lib. xiv: Τῶν δὲ Κελτῶν τινες κατὰ τῆς πέτρας ἐβῆσαν. « Quidam autem ex Gallis in summum rupis evasere. » Attamen Servius quorundam meminit, qui Basilio suffragantur, et per occultos cuniculos ascendisse Gallos volunt, scribens in viii *Æneid.* et in illud,

*Galli per dumos aderant, arcemque tenebant:*

B « Gallos alii per dumeta, et saxa aspera, alii per cuniculos dicunt conatos esse ascendere. »

Col. 182 D 4. Ἀνθρώπων κατασλ. Duo Regii mss. παρασκευάσαντος.

Ibid. D 5. *Ut seleucis avis*. Hæc aliter interpungenda sunt, atque ab interprete digesta occurrunt; iteratur enim interrogatio in textu Græco hac ratione: « Atque mandatum? quonam pacto seleucis avis eam insequitur, remedium cladis, insatiabilem a creatore naturam sortita, quo tanta divino benef. pern. e med. tolli possit? » Illustrat hunc locum interpretatione sua et exemplo Ambrosius, lib. v, c. 23: « Locusta, sicut in Exodo legimus, cælestis ultionem offensionis exsequitur, piæ ministra vindictæ: hanc quoque avis devorat seleucis, sic enim Græco avis hæc nuncupatur nomine, data ad remedium malorum, quæ locusta consuevit inferre. » Eustathius Latina dictione utitur: « Quomodo etiam mergus insatiabilem vescendi patitur orexim, per quam vulneribus suis ventris remedia sanitatis acquirit? » Galenus, lib. vi *De locis affectis*, cap. 3: Ὡς τοῖς ὀρνιθίοις, ἃ καλοῦσιν ἐν Ἀσίᾳ παρ' ἡμῖν σελευκίδας· ἀττελάβους γὰρ ταῦτα δι' ὄλης ἡμέρας ἀπλήστως ἐσθίοντα διαταχέως αὐτοὺς ἐκκρίνει. « Ut aviculæ, quas nostrates in Asia seleucidas vocant, jugiter enim ac toto die locustas edunt, at celeriter eas excernunt. » Gesperus, lib. iii *De avibus*, addit ex Ant. Galat. De Japygiæ situ: « De harum avium genere videri avem marinam, quæ in Apulia gaina dicitur, quæ bruchos iis locis nimium abundantes devorat, et ovis eorum fetibusque vescitur: » quod annotare operæ pretium censui, quoniam Ulysses Aldrovandus lib. x, cap. 5 *Ornithologiæ*, meras esse fabulas putat, quæ de seleucide veteres prodiderunt. Zosimus Comes seleuciades appellat aves istas lib. i *Histor.*, pag. 659 edit. Wechel.: Ἀπασι τοῖς ὑπὸ λύμης ἀκρίδων ἐνοχλουμένοις σελευκιάδας παραδιδούς, αἱ δὲ ταῖς ἀκρίσι συμπερικτάμεναι, καὶ τοῖς στόμασι ταύτας δεχόμεναι, παραχρῆμα πλήθος ἄπειρον διέφθειρον. « Quod omnibus a locustarum lue vexatis seleuciades dare solitus fuerit, quæ circum locustas volantes, et rostris eas capientes, infinitam earum multitudinem statim absumebant. » Meminit earum et

Plinius lib. x, cap. 27, et ipse Basilius hom. 7 in *A ditiescentes*.

Col. 183 D 8. *Mulieres, sedetis*. Interpres ediderat, « O mulieres, repetitis vicibus ordimini, et retorquetis vestram operationem sedentariam, fila nimirum, » etc. Eustathius, « Itaque, vos matronæ, quando sedetis eorum revolventes opera, id est stamina, quæ Seres huc dirigunt. » Cornarii verba usurpavimus, neque obsecuti sumus doctissimi viri conjecturæ, qui hic legendum censuit, ἐνατηνίζόμενοι, « intuentes, » pro ἀνατηνίζόμενοι, quippe quod et duo Regii vulgatam lectionem tueantur, et Aristoteles de bombycibus agens hoc eodem verbo utatur, lib. v, c. 19, *Histor. animal.* : Ἐκ δὲ τούτου ζώου καὶ τὰ βομβόκια ἀναλύουσι τῶν γυναικῶν τινες ἀνατηνίζόμενοι, κάπειτα ὕφαινουσιν. « Ex hoc animalis genere bombycia illa mulieres nonnullæ retorquendo in filum deducunt, deinde texunt. » Plinius quoque lib. x, cap. 23, lanificia bombycum scribit humore lentescere, mox in fila tenuari junceo fuso. Suidas, ἀνατηνίζω, ἀναλέγομαι, ἐκλύω, ἀνακυλίω, « hoc est, fuso circumacto recolligo, ac revolvo. » S. Ambrosius, lib. v, cap. 23 : « Ex hujus filis mollia illa Seres depectunt vellera, quæ ad usus sibi proprios divites vindicarunt. » Alludit nimirum ad illud Virgilii in *Georgic.* :

*Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.*

Sed observandum est quosdam ex veteribus ita lanificii hujus ortum narrare, ut velint Seres Indiæ populos ex oliis et ramis arborum fila depectere hæc serica. Ita Plinius, lib. vi, cap. 17 : « Seres lanificio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem : unde geminus feminis nostris labor, redordiendi fila, rursumque texendi. » Amm. Marcellinus, lib. xxiii : « Apud Seras subluclidæ silvæ, in quibus arborum fetus aquarum asperginibus crebris velut quædam vellera mollientes, ex lanugine et liquore mistam subtilitatem tenerimam pectunt. » At Basilius et Ambrosius ab his populis Indiæ mitti sericum ex bombycum lanificio desumptum volunt; quo pacto etiam Servius, in illum Virgilii locum scribens, vermes illos bombyces in arboribus collocatos fuisse putat, neque lanam arboream admittit, licet alii multi dissentiant historici.

Col. 185 B 7. Ἐπιθυμητικά. Duo Regii melius ἐπιθυμητά, ut et psalm. xviii, 11.

Col. 187 A 11. *Matutina*. Non ut interpres scripserat, « quam aurora ex oriente primum apparavi. » Ad verbum, « mensa sermonum. » Eustathio, « sermocinationis matutina mensa : » ne quis forte putaret summo mane concionari solitum Basilium. Porro factum Elisei narratur IV Reg. iii, 39 : sed illud, παρητοῦντο, non satis expresserat Argyropylos, « in præbeendis epulis vilis habebatur. » Eustathius dixit : « Neque enim Eliseum ut improbum pastorem refutabant illius temporis convivæ. » Insistit vestigiis beati Ambrosii, lib. vi. c. 2 :

« Neque enim Eliseum amici, quasi malum convivam agrestia apponentem olera, refutarunt. »

Ibid. C 14. *An speciem habeat vanni*. Græcam vocem retinuerat Argyropylos, « an lienoeides, et in medio concava. » Cornarius dixit, « vanno ac ventilabro similis. » Eustathius penitus omisit. Sic apud Aristotelem, lib. ii *De cælo*, cap. 13, eadem terra dicitur : Πλατεία καὶ τὸ σχῆμα τυμπανοειδές, « plana et figura tympano similis, » quod unum fuisse ex placitis Leucippi philosophi refert Plutarchus lib. iii, c. 10, *De placitis philosoph.* Democritus vero, δισκοειδῆ μὲν τῷ πλάτει, κοίλην δὲ τὸ μέσον, « formsm disci habere terram in superficie, in medio cavam esse dicebat. »

Col. 191 B. 3. *Ut figuratus*. Argyrop. : « Uti forma te natura insignivit, et tuam vitam disponere velis. In republica cœlesti versare. » Eustathius dixit, « quomodo natus es, ita propriam disponas vitam : » sed Cornarius multo fidelius vertit : « velut figuratus es, ita etiam dispone tuam ipsius vitam. » Hoc nimirum vult quod iisdem pene ac plane germanis horum verbis Gregorius Nyssenus ejus frater, orat, 2 in illud, *Faciamus hominem*, ἄνθρωπος οὐκέτι εἰς γαστέρα βλέπει, ἀλλ' εἰς τὰ ἄνω. Κεφαλή αὐτῷ ὑψηλῆ, ἵνα τὴν ἄνω βλέψη συγγένειαν. Ὀφθαλμοὶ οὐκ εἰς τὴν γῆν νεύοντες. Μὴ τοίνυν ποιεῖ σεαυτὸν παρὰ φύσιν, μὴ τὰ γῆνα περισκόπει. « Homo non ventrem despicit, sed superiora contuetur. Caput illi sublime est, ut genus cœleste suspiciat. Oculi non tendunt in terram. Quocirca ne vim inferas naturæ tuæ, terram ne spectes. » Cicero, ii *De natura deor.* : « Primum homines humo excitatos celso et erectos constituit, ut deorum cognitionem cœlum intuentes capere possint. » Ovid., i *Metamor.* :

*Os homini sublime dedit, cœlumque tueri  
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.*

Illud porro, πολιτεύμα ἔχει ἐν οὐρανοῖς, « in republica cœlesti versare, » interpretatus est Argyropylos, non animadvertens fortasse uti Basilium verbis Apostoli, Philippens. iii, 20 : Ἡμῶν τὸ πολιτεύμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει : quod Vulgatæ Latine auctor interpretatur, « Nostra autem conversatio in cœlis est, » non, ut inepte Beza : « Nostra vero civitas in cœlis est : » melius Tertullianus, *De corona militis*, cap. 3 : « Municipatus noster in cœlis est ; » et contra *Marcionem*, lib. iii, cap. 24 : « Utique cœlesti civitati eum deputat, et municipatum nostrum in cœlis esse pronuntians. » Passim tamen apud Patres Græcos pro moribus cujusque privatorum sumitur πολιτεία, vel pro Ecclesiæ disciplina, quamobrem illud Chrysostomi, homil. 75 in *Matthæum*, recte immutatum est nuper sub finem homiliæ : Ἀλλ' οὐδὲν ὄφελος ἐντεῦθεν εἰς ἀπολογίαὺν αὐτοῖς, ὡσπερ οὖν οὐδὲ τοῖς πολιτείας ἕνεκεν μετανοοῦσι τότε. « Sed nihil utilitatis inde accipient, quemadmodum neque illi qui eversa civitate respiscunt. » Imo, « quemadmodum nec illi, quos tum vitæ anteactæ pœnitebit.

Col. 192 C 7. Διὰ τὴν ἐκ φύσεως. Omisit hoc interpres, at non Eustathius, qui vertit eleganter, « vitio superbiæ naturalis elatus refugit aliorum consociationem. » Cornarius, « propter naturæ superbiam. » Ad verbum, « propter insitam a natura superbiam. » Immutavimus etiam illud paulo ante εὐχάριστος ὁ κύων, « graciosus canis, » nam εὐχάριστος est « memor beneficii, » non, « qui gratia valet. » Eustathius, « gratificus canis. » Simile illud infra, τὸ δὲ μνημόσυνον τῆς χάριτος τοῦ ζώου τίνα τῶν ἀχαρίστων πρὸς εὐεργ. οὐ καταίσχ.

Col. 194 B 8. *E stabulis ad ex.* Argyropylos, « lætis aspectibus e stabulis suis egrediuntur, et recta ad viarum exitus spectant. » At non dicit auctor, hoves egredi e stabulis hiemis tempore, sed ex iis prospectare, atque egrediendi cupiditatem præ se ferre : quod quomodo fiat, fusius exponit S. Ambrosius, lib. vi, cap. 4 : « Idem ubi naturali sensu mutationem cœli collegerint, foras spectant, et ultra præsepia cervices extendunt suas, una omnes specie, ut prodire se velle testentur. » Eustathius denique sic vertit : « De stabulo foris simul omnes aspiciunt mutant vultum. »

Col. 198 C 7. *Ex his liquet.* Sic interpretati sumus loco illorum, quæ Argyropylos ediderat : « Hæc indicant animantes cunctas istiusmodi natura indociles esse ac doctrinæ rudes. » At enim hic ἀδιδάκτους cum dicit εἶναι τὰς φύσεις, idem significat, ac si αὐτοδιδάκτους appellaret, hoc est, suapte natura facere pleraque animalia res illas omnes, nec opus esse, ut ipsis illæ doctrina vel præceptis aliorum innotescant. Sic locutus videtur Clemens Alexandrinus, lib. iii *Pædagog.*, cap. 8 : Οἱ μὲν διδάχθοντες ἐσώθησαν· οἱ δὲ αὐτοδιδάκτως, ἢ ἐζήλωσαν ἢ ἐζήτησαν ἀρετὴν· « Ex hominibus alii quidem docti servati eunt, alii vero suas sponte virtutem vel amplexi sunt vel quæsierunt. » Basilus ipse in Commentario in *Isaiam* : Τὰ γεννώμενα ὑπὸ τῶν κερασφόρων ζώων τὴν θηλὴν ἀδιδάκτως ἐπιζητεῖ· « Cornutorum animalium pulli ubera nullo docente perquirunt. » Eustathius hoc loco vertit, « Quia naturalis prudentia doctrinæ traditione non utitur. » Paulo post D. 3, ταῦτα δείκνυται παρὰ τῆς φύσεως ὁ κύων πεπαιδευμένος, idem Eustathius clarius interpretatur, « ea quæ per otium vitæ longum quidam sedentes vix invenire potuerunt, beneficio naturali canis consecutus asseritur. »

Col. 199 A 14. *Leonis unius.* Addidimus vocem « unius » verbis interpretis, quam et Eustathius omisit : sed agnoscunt Regii duo λέοντος ἐνός. Suffragantur huic sententiæ de lænæ partu unico Herodotus, *Thalia*, p. 232 : Ἡ λέαινα ἐὼν ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον, ἀπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκει ἐν· τίκτουσα γὰρ συνεχῶς ἀλλὰ τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας· « Læna, validissimum ferocissimumque animal, semel in vita unum parit : nam una cum fetu uterum emittit. » Ægyptii quoque, ut est apud Horum Niliacum, mulierem quæ semel tantum peperit significare volentes, lænam pingunt. Epiphanius demum hæresi 78 : Εἴ γὰρ

σκόμνον λέοντος Ἰούδας ἀντίκειται Ἰακώβ, λέγων τὸν Χριστὸν, καὶ τοὺς ἐν τῇ Ἀποκαλύψει Ἰωάννου· Ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ἐκ φυλῆς Ἰούδα· λέαινη δὲ δευτέρα οὐ γίνεται κύησις· ἄρα οὐκέτι κύησιν οἶδεν ἢ Μαρία, οὐκέτι συνάφειαν σωμάτων ἢ ἀγία παρθένος· « Si enim catulum leonis Juda obscure dixit Jacob, Christum dicens, et in Apocalypsi habetur, *Ecce vicit leo de tribu Juda*, lænæ autem non contigit secundus partus : ergo non amplius partum novit Maria, non amplius conjunctionem corporum sancta virgo. » Avicenna causam reddit, citatus a Cœlio Rhodig., lib. xxviii, cap. 9, cur semel pariat ; ob caloris nimietatem. Adversantur tamen eidem sententiæ, et historiæ περὶ μονοτοκίας, primum ipsa Scriptura sacra, quæ plurimum catulorum lænæ meminit, non singulari numero catuli tantum, Job xxxviii, 39 : « Nunquid capies lænæ prædam, et animam catulorum ejus implebis ? » Hieronymus in vii Danielis : « Dicunt qui de bestiarum scripsere naturis, lænas esse ferociores, maxime si catulos nutriant. » Homerus, lib. xvii *Iliados* :

Ἔστίκει ὡς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκασσιν.

Utque leo in silva stabat, sua pignora circum.

Horat., lib. iii *Carm.*, ode 20 :

Non vides, quanto moveas periculo,  
Pyrrhe; Gætulæ catulos lænæ.

Plutarchus, lib. *De amore prolis*, citans ex eodem Homeri libro *Iliados* versum, leonem ait, πρὸς τοὺς κυνηγούς σπένδουσαι περὶ τῶν τέκνων· « Cum venatoribus pacisci de catulis. » Plinius, lib. viii *Histor.*, cap. 16, vulgarem illam opinionem refutat : « Semel autem edi partum lacerato unguium acie utero in enixu vulgum credidisse video Aristoteles tradit, lænam primo fetu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescere. » Verba Aristotelis hæc sunt, lib. vi, cap. 31, *De Histor. animal.* : Τίκει, ὡς ἐπὶ πολὺ δύο, τὰ μέντοι πλεῖστα ἕξ, τίκει δὲ ἐνίοτε καὶ ἐν. Ὁ δὲ λεχθεὶς μῦθος περὶ τοῦ ἐκβάλλειν τὰς ὑστέρας τίκοντα ληρώδης ἐστὶ. « Parit magna ex parte geminos, sed cum plurimos sex catulos, nonnunquam etiam unum. Quod autem de læna fertur vulvam cum partu emittere, delira fabula est. » Tum addit, leones Syriæ quinquies in vita parere, primum quinque, post uno subinde pauciores, deinde steriles agere ; sed hoc generatim de omnibus leonibus, lib. iii *De generatione animalium*, cap. 1 et 10, unde Plinius illud accepit, et Ælianus, lib. iv, cap. 34, *De animalibus*. Oppianus, lib. iii *Cyneget.*, Philostratus, in *Vita Apollonii*, lib. i, cap. 16, ter leonem in vita parere, prima vice tres, secunda duos, quod si tertio, forte unum. Severus Sulpicius, *Dial.* 1, cap. 9, scribit Nitriæ monachos ad quemdam anachoretam pervenisse in deserto Memphi contiguo, qui lænæ catulis quinque cæcis visum restituit, quos in spelunca nutriebat. Idem ferendum est iudicium de altera viperæ historia, seu fabula, quam subjicit hic Basilus ex eodem Herodoti fonte deductam, et ex ejus lib. iii, quam et Horus Apollo,

hieroglyphico 56, Plutarchus, lib. *De garrulitate*, Plinius, lib. x, cap. 62, Ælianus, lib. 1, cap. 25, *De animalibus*, propagarunt. Theophrastus, lib. xv, cap. 16, non catulos viperæ parentis uterum exedere, sed matrem uteri angustiis compulsam dirumpi tradit. Nicander item, in *Theriacis*, et Athanasius, quæst. 56 *ad Antiochum*, Epiphanius, hæresi 26. Refellitur hæc historia contraria experientia et auctoritate Aristotelis, lib. v, cap. 34, *Historiæ animalium*, qui de vipera hoc tradit: Τίχτει μικρὰ ἔχιδνα ἐν ὑμέσιν, οἱ περιῶρήγγυνται τριταῖοι· τίχτει δὲ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καθ' ἑν· « Parit catulos obvolutos membranibus, quæ tertia rumpantur: parit autem singulis diebus singulos. » Philostratus, lib. II *Vitæ Apollonii*, scribit, visam viperam serpentes, quos pepererat, lingua lambere. Albertus Magnus, in *Histor. animal.*, 25, vulgarem sermonem de partu viperæ et ipsum Plinium velut mendacium asserentem irridet, quem recentiores multi sequuntur, ut Pierius, lib. xiv *Hieroglyphicorum*, Brodæus, *Miscellaneor*, lib. xxxiii, cap. 11, cardinalis Toletus, in III Lucæ annot. 22, qui sacros doctores admonet, vulgarem secutos opinionem, eam satis sibi existimantes ad similitudines, quibus utebantur, concinnandas. Col. 202 B 8. *Et quidem sunt*. Admonet Argyro-

pylum aptius interpretatum in veteribus editionibus doctiss. Montacutus: « Nunc vero sunt, qui memoriæ prodiderunt trecentis annis et ultra elephantem vivere. » Τινὲς ἱστοροῦσι, dixit, non, τινὲς ἴσασιν. Cornarius: « Nunc autem tradunt aliqui trecentos annos et plures adhuc vivere elephantem. » Eustathius, « fertur autem elephantum trecentos. » Item illud quod sequitur, διὰ τοῦτο συμπεπηγός, non affertur a Basilio tanquam diuturnitatis vitæ causa, ut interpretis verba sonant, et hæc Ambrosii: « Nunc autem et trecentis et amplius feruntur annis vitam producere, quia omnia sibi ad magnitudinem membra conveniunt; » et hæc Cornarii: « Propter hanc artuum compagem nullos articulos habentem: » sed hoc significant, cum diu vivat, idcirco compactis et non distinctis membris eum præditum esse. Hic ergo scribendum, « his tanto plures, propterea compacta et nullis articulis distincta sunt ejus membra. » De longævitate elephantis Aristoteles, lib. viii, c. 9, *De histor. animal.*: Τὸν δ' ἐλέφαντα ζῆν φασιν οἱ μὲν περὶ ἔτη διακόσια, οἱ δὲ τριακόσια. « Elephantem alii annos circiter ducentos vivere aiunt, alii trecentos. » Idem Plinius, lib. viii *Histor.*, cap. 10, et Ælianus, lib. xvii, cap. 7.

## IN HOMILIAS IN PSALMOS.

Col. 211 B 14 *Aut certe*. S. Augustinus in Prologo in *Psalms*, vel quisquis ille est, qui Prologum hunc e Græco Basilii Latine convertit, et S. Augustini tractatibus in *Psalms* præfixit, quem tamen theologi Lovanienses in manuscriptis codicibus ejus operum non receperunt, hunc locum ita interpretatus est; non ut Tilmannus, « vel certe morum maturitate nondum incanuerunt: » possunt enim maturitate morum etiam non senes pollere, et juvenilis ætas exprimenda fuit. Cornarius edidit, « quo pueri ætate, aut etiam omnino moritus. » Atque hæc genuinæ sunt et legitimæ homiliæ Basilii in *Psalms*, ex quibus in Catena Nicetæ Heracliensis et aliis similibus decerpta fragmenta citantur, non item illa scholia in *Psalms*, falso illi attributa, quæ in Latinis editionibus ad caleem libri subjungebantur, quæque alibi monuimus ex homiliis in *Psalms* B. Joan. Chrysostomi in compendium reductis, et commentario Theodoretii in eosdem *Psalms* esse consarcinata.

Col. 214 C. *Superne attactum*. Non hoc vult Basiliius, in superiori parte tangi psalterii chordas, sed in superiori parte concava sonum efformari, ut ex Beda constat in Commentario in *Psalms*: « Psalterium musicum instrumentum ad modum litteræ Delta, quæ triangulata est, formatum; superne habens ventrem concavum. » Hausit hoc fortasse Beda ex Commentario Hieronymi in psalmum

C xxxii: « Psalterium desursum habet cavamen, prædicatio cœlestis vel mandata intelliguntur in sanctis, quæ de supernis veniunt: cithara deorsum habet cavamen. » Quin etiam hinc allucet explicatio verbis Joan. Chrysostomi in *Psalms*, quæ repetuntur etiam ab Euthymio: Ψαλτήριον τῶν ἐντατῶν μὲν ἦν, πλήν ὄρθιον, καὶ ἄνωθεν εἶχε τῶν φθόγγων τὰς ἀφορμάς. « Psalterium ad id genus instrumentorum pertinet quæ intenduntur: est autem arctum, et superne causas habet, unde voces emittat. » In præmio quod eidem Chrysostomo tribuitur observatum est, quod etiam a plerisque recentioribus, qui Commentarios ediderunt in *Psalms*, approbatur, quod apud Græcos psalterium, ab Hebræis nablam dici vel potius לבב *nevel*: et sane LXX sæpius Hebræam vocem illam τὸ ψαλτήριον vertunt, ut psalmo lvi, 11, Ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα, *Exsurge, psalterium et cithara*; et psal. cl, 3, Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρα, *Laudate eum in psalterio et cithara*; in quibus locis prius לבב deinde קינור *kinnor* ponitur. Sæpius dixi, quia non semper, sed aliquando vice versa, priori loco *nevel* κιθάρα, posteriori *kinnor* ψαλτήριον Græce effertur, ut psalmo lxxx, 2, Ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας, *Psalterium jucundum cum cithara*: et Genesis iv, 21, ubi Vulgata: « Ipse fuit pater canentium cithara et organo. » LXX. Οὗτος ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κιθάραν, *Hic fuit*

*Qui ostendit psalterium et citharam.* Hebraice est **A** *קִינּוֹר וְעוּגָב* *kinnor veggoub*, quod tertium instrumenti musici genus aliquando *κιθάρα* dicitur, ut hoc Genesis loco, aliquando *ψαλτήριον*, ut Ezechielis xxxiii, 32, Ὡς φωνὴ ψαλτηρίου, et psalmo cl, 4, Ὅργανον. *Organum*. Quod igitur hoc loco Basilius de forma psalterii narrat, sic accipiendum censeo, ut ei generi musici instrumenti conveniat, quod aqd Græcos in usu erat, et *ψαλτήριον* ab eis vocabatur: an vero *nablæ* conveniat, sive alteri Hebræorum instrumento, non ita certum est, cum nobis non certo constet, an eadem fuerit forma psalterii et *nablæ*. cum a cithara psalterium distinguant scriptores, et tamen Septuaginta varia Hebræorum instrumenta nunc psalterii expriment, nunc citharæ dictione. Sed ut ad interpretationem redeamus Basili, ea concipienda videtur his verbis Cornarii: « Nam citharæ ac lyræ æs ex inferiori parte ad plectrum sonitum edit: hoc vero psalterium concentuum concordiae causas ex superiori parte habet. » S. Augustinus demum scribens *in psalmum* lvi, et in illud, *Exsurge, psalterium*, differentiam illam psalterii et citharæ sic explicat, ut Basili interpretem agat: « Psalterium est organum, quod quidem manibus fertur percutientis, et chordas distentas habet: sed illum locum, unde sonum accipiunt chordæ, illud concavum lignum, quod pendet et tactum resonat, quia concipit aerem, in superiore parte habet. »

Col. 215 B 2. *Ut oculis ultra.* Ὑπερκύπτοντες πόνους dixit, quod alii auctores aliter extulissent, **C** ὑπερκύπτοντες πόνων, ut in veteri lexico, ὑπερκύπτον τοῦ ὕδατος φύλλον, « folium extra aquam emnens. » Budæus tamen in *Commentariis* citat similem locum hujus nostri auctoris homil. *De invidia*: Ὅλως δὲ ὑπερκύψας τῷ λογισμῷ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ πρὸς τὸ ὄντως καλὸν καὶ ἐπαινετὸν ἀπιδῶν. « Qui mente et cogitatione se sustulerit supra humana, et ad veram pulchritudinem laudemque se converterit. » Male igitur verterat interpretes hoc loco, « ut laboribus, dum in manibus sunt, veluti jam transmissis, tota mente ad bona. » Similem sententiam protulit Chrysostomus homil. 8 *De pœnitentia*, p. 602 edit. Paris: Ἄν μὲν γὰρ τὸν πόνον ἴδῃς τῶν κατορθωμάτων, βαρὺ καὶ φορτικόν· ἂν δὲ τὴν ἀμοιβὴν ἴδῃς, κοῦφον καὶ ῥᾶστον τὸ προκείμενον. « Sic enim laborem prospexeris, grave atque onerosum; si vero retributionem consideraveris, leve et facile, quod proponitur. »

Ibid. B 13. *Quam nulla attingit.* Atqui dixerat interpretes, « nulla eam attingit loci permutatio. » Verum tamen non loci tantum, sed nec ullius rei mutationem experitur. Alludit enim ad illud Jacobi i, 17: « Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio; » οὐκ ἔνι παραλλαγῇ, non est, inquit Apostolus, non ut interpretes, « non conspicitur. » Quamobrem Cornarius potius sequendus, *Circa quam non est alteratio.* Paulo post « proinde merces. » Omissa fuerant hæc ab interprete, scri-

pserat enim: « Nam una virtus viri et feminæ est, quando par utrique creatio est, honorque similis. Audi Gen. Ergo sequitur par sententia. Τοῦτων καὶ ὁ μισθός. » Cornarius edidit: « Nam et creatio utrisque æqualis, quare etiam merces eadem utrisque. » Sequebatur apud interpretem. « Fiat, inquit Deus, homo: » quod immutavimus, neque enim his verbis concepta sententia hæc in Scriptura reperitur, sed prout edidimus, et Græca Basili verba sonabant. Gen. i, 26, 27.

Col. 222 D. *Sed meliori.* Admonuimus olim πολιτείας hic non rempublicam aut civitatem, jusve civitatis sonare, ut Actor. xxii, 28: Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. *Ego multa summa civitatem hanc consecutus sum; sed vitæ rationem et conversationem, ut Ephesior. ii, 12, ἀπηλλωτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, alienati a conversatione Israel; quam alibi apostoli ἀναστροφὴν appellant, I Petri iii, 2; vel πολιτεύμα, ut Philippens. iii, 20. Idcirco merito a viro doctissimo emendata est prior versio, « sed superiore ratione ad rempublicam sive sodalitatem studiosam pietatis se recepit: » eodemque modo corrigendus similis apud Chrysostomum locus homil. 75 *in Matthæum*: Ἄλλ' οὐδὲν ὄφελος ἐντεῦθεν εἰς ἀπολογίαὶν αὐτοῖς· ὡσπερ οὖν οὐδὲ τοῖς πολιτείας ἕνεκεν μετανοοῦσι τότε. « Sed nihil inde utilitatis accipient; quemadmodum neque illi qui eversa civitate resipiscunt. » Nonnunquam etiam non tam de privata cujusque vita, quam de publica Ecclesiæ disciplina, et cultu Dei usurpatur, ut apud eundem Chrysostom. *in psalm. xlix*: Τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἡ λατρεία πᾶσα, καὶ ἡ πολιτεία τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας. « Sancta sanctorum, omnis cultus, omnisque forma ac ritus legis veteris; » et, Μάλιστα μὲν καὶ αὐτὸς ὁ τῆς διδασκαλίας τρόπος ἐνηλλαγμένην παρεισάγει πολιτείαν. « Maxime quidem et ipse modus docendi introducit mutatam formam religionis. »*

Col. 223 B 3. *Dum æterna.* Αἰώνια verterat interpretes « sæcularia, » qua voce res mundi hujus caduci designantur. Cornarius, « ubi æterna secum volutarit. » Subjicit deinde, ἐκεῖ δουλαγωγίαν σαρκός, « disciplinam carnis, » ubi substitui posse pridem monuimus, « castigationem carnis: » vel « macerationem, » vel « macerationem. » Sic enim expressit Latinæ Vulgatæ auctor illud Apostoli I Cor. ix, 27: Ὑποπιᾶζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ. **D** *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo.* Cornarius scripsit, « Hic videt carnis delicias, illic carnis servitutem. »

Ibid. D. *Ut in plerisque aliis.* Aptius Cornarius. « Cum in naturam plerumque consuetudo transeat. » Id enim valet τὰ πολλά, ut infra, καὶ στρατιῶται μὲν ὡς τὰ πολλά τοῖς στρατοπεδάρχαις ἐξομοιοῦνται. « et milites plerumque ducibus assimilari solent. » Huic dicto germanum illud in regula fusius disput. 6: Ἔθος γὰρ διὰ μακροῦ χρόνου βεβαιωθὲν φύσει, ἰσχὸν λαμβάνει. At Gregorius Nazianzenus non φύσιν, sed νόμος aliquando fieri dicit orat. 34: Ἐπειδὴ χρόνῳ τὸ ἔθος βεβαιωθὲν ἐνομίσθη νόμος. « Consuetudo

enim temporis longinquitate confirmata pro lege A  
habita est. »

Col. 223 D 6. *Ne injicias.* Interpr. « Ne applies oculum tuum. » Verbis usi sumus editionis Romanæ in quam Nobilius annotavit, Proverb. ix, 18, hæc abesse a Vulgata Latina, sed haberi apud LXX, et citari a sanctis Patribus Cypriano, et Ambrosio et Hieronymo, quibus addi et S. Basilii calculus potest. Apud Cornarium perperam Proverbior. cap. v annotatum erat : sed inversus est ordo verborum Scripturæ, ἀλλ' ἀποπήδησον, μὴ χρονίσῃς ἐν τῷ τόπῳ αὐτῆς, μηδὲ ἐπιστήσῃς τὸ σὸν ὄμμα πρὸς αὐτήν.

Col. 225 D 5. Συνεμφαίνουσιν. Oliv. codex habet, συνεμφανίζουσιν ἑαυταῖς. Anglici συναναφαίνουσιν ἑαυτῶν καὶ τ. β. τῶν περιβλεπόντων. » eorum a quibus circumspiciuntur. » Plinius in *Panegyrico*: « Vita principis censura est eaque perpetua : ad hanc dirigimus. » Claudianus, *De quarto Honorii consul.* :

...Componitur orbis  
Regis ad exemplum, nec sic insicere sensus  
Humanos edicta valent, quam vita regentis.

Col. 226 D. *Qui potentia* Græca sonant ex verbis Cornarii, « qui avarum imitatur aut alium, qui ex alia quadam malitia civilem aliquam illustrem potestatem adeptus est, aut gentium imperium habet, aut exercituum dux est. » Omisit interpres, ἐξ ἄλλης τινὸς πονηρίας et paulo post τοῦ ζηλονουμένου perperam expressit, « quem imitatore habet, » cum scribere debuisset, cum Cornario, « ejus quem imitatur. »

Col. 227 A 10. *Etsi autem quæ.* Interpres, « Si autem, quæ cœpi dicere de vitandis ante omnia malis, deque profectioe per bona opera consequenda, hoc sermone non absolvi. » In quibus verbis truncatam fuisse sententiam auctoris lector animadvertit

Col. 230 A 7. *Irrita faciendo.* Legebatur antea, « in irritando ita strenuam ac fortem operam. » Volaterranus scripserat, « consilium irritavit, atque ita strenuam. » Tilmannus fortasse hoc pacto immutavit ; « consilia irritando. » quod Latinum non est. Basiliius dixit : διαλύων δὲ τὰς βουλάς, « consilia vero Achitophelis viri acerrimi et ductandi exercitus peritissimi reddens irrita strenuam ac for. » Porro quod ait hic Basiliius Chusi socium et amicum Davidis filium fuisse Arachi non Jemeni, verum est : sic enim scriptum reperitur II Reg, xvii, 5 : Καλέσατε τὸν Χουσί τὸν Ἀραχί. *Vocate Chusi filium Arachi* : sed dubium est, an ille sit iste Chusi, de quo fit mentio in hujus psalmi titulo : cum hic Hebraice appelletur חוּשׁ Chus, per Caph, unde Scholium Græcum a Nobilio citatum vertit Ἀἰθίοπος, *Æthiopsis*, vel putius unus ex tribus antiquis interpretibus, Aquila, Symmacho, et Theodotione, pro Χουσί vertit τοῦ Αἰθίοπος, ut constat ex homilia Chrysostomi in hunc psalmum : at ille alter II libri Regum חוּשׁ, per Ceth, Chusai dicitur : tametsi Septuaginta utrobique scripserunt Χουσί. Sed Vatablus Saulem putat hic vocari Chus, id est Æthiopem filium Jemini, I Reg. ix, 21, quod atris esset

moribus, quos non magis mutaret, quam eulem Æthiops. Et mirum sane Basilium hic dicere neque Chusi, neque alium aliquem in historia Regum filium Jemini reperiri, cum Semei nominetur II Reg. xix, 16, Ἰὶδὸς Γηρά, υἱοῦ Ἰεμινεῖ. Postremo notet hic lector, quam antiquus error huic loco adhæserit in voce ἀρχιεταῖρος, *Princeps sociorum* II Reg. xv, 32. Omnino enim probabile videtur, quod suspicatur vir doctissimus Flaminius Nobilius in librum II Reg., duas fuisse voces ὁ Ἀραχί, ἀρχιεταῖρος, ut habet editio Complutensis, vel ex duabus, Ἀραχί et ἑταῖρος, unam esse conflatam ἀρχιεταῖρος, *Chusi, Arachi filius, socius David.* Sic enim est in Vulgata Latina II Reg. xvi, 19 : *Chusai Arachites amicus David* ; unde factum est errore librariorum, ut nomen Arachi repeteretur, legereturque ὁ Ἀραχί ἀρχιεταῖρος.

Col. 231 C 3. *Vade in pace.* Hæc addita sunt ex Oliv. et Anglicis, quæ adduntur etiam Lucæ vii, 50 ; illud vero, *Fiat tibi, sicut credidisti*, Matthæi viii, 13.

Col. 234 B 4. *Fon solum recepto* Emendandum hunc locum esse monueramus, cum edidisset interpres, « non solum in præmium aliquod boni et mali accipere, sed in actionum principio, ut, *Retribue,* » psal. cxviii, 17. In quem locum et in psalmum cxv scribens Fran. Vatablus admonet, חוּשׁ verbum Hebraicum, quod retribuere sonat, sumi pro beneficium conferre, et retributionem pro beneficiis quibusve. Euthymius ; qui plerumque solet Basilii verba repetere, hic dicit ἀνταπόδοσιν sumi ἀντὶ τῆς ἀποδόσεως, retributionem pro redditione : Τὸ δὲ πρῶτον τῆς ἀνταπόδοσεως ὄνομα, καταχρηστικῶς ἀντὶ τῆς ἀποδόσεως εἴληπται. Δόσις μὲν γὰρ ἡ καταρχὴ τῆς εὐποιίας ἢ κακώσεως, ἀπόδοσις δὲ ἡ τοῦ Ἰσοῦ ἀντιμέτρησις, ἀνταπόδοσις δὲ δευτέρα τις καταβολὴ κακῶν ἢ καλῶν ἀπὸ τῶν δόντων εἰς τοὺς ἀποδόντας. » Retributionis nomine primo loco improprie hic usus est, pro redditione. Nam qui bonum aut malum aliquod primus infert, is dare dicitur : reddere vero is qui datis parem vicem tribuit : retribuere autem, vel ἀνταποδοῦναι, contra retribuere, is dicitur, qui secundam beneficiorum aut injuriarum vicissitudinem reddit. »

Col. 238 B 14. *Rursus dictum.* Legebatur antea, « Rursus dicit, Judicio contendet Dominus adversus omnem carnem. » In Olivarii codice, κριθήσεσθαι Κύριον. Arbitror tamen Jeremiæ locum citari cap. xxv, 31, κρίνεται αὐτὸς πρὸς πᾶσαν σάρκα : nam et illum video notari in margine Catenæ Græcorum Patrum in *Psalmos*, Daniele Barbaro interprete, qui haud satis apposite vertit, « Dominum judicaturum omnem carnem. » Sed et illic et apud Basilium melius fortasse legeretur εἴρηται κρίνεσθαι Κύριον, ut ad ipsum prophetam, cum sequatur hic ἑαυτὸν ὑποβάλλει τῇ κρίσει, « acta sunt, judicio seipsum subjicit. » Delendum enim est illud « uniuscujusque. »

Col. 239 D 9. *Multa, inquit.* Imo hoc sibi vult Basiliius : « Multa, inquit, de justitia dici possunt, et perfectæ justitiæ fines comprehensu sunt diffici-

les.» Similem habes locutionem apud Apostolum ad Hebræos, v, 11: Περὶ οὗ πολλὸς ἡμῶν ὁ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος λέγειν. « De quo nobis grandis sermo, et ininterpretabilis ad dicendum. » Paulo post pro γεννητῇ φύσει aliquando suspicati sumus aptius legi posse γενητῇ, « creatæ naturæ, » quod γεννητῇ « generatam, » vel « generatione productam » sonat qua ratione, cum de personis Trinitatis agitur, γεννητός, « genitus, » dicitur Filius, non γενητός, « creatus, » et Pater ἀγέννητος, « non genitus: » cum tamen in Oliv, et aliis mss. hic constanter legatur γεννητῇ, nihil mutandum censemus, cum apud Justinum Martyrem ex Aristotele ἀφθαρτος καὶ ἀγέννητος ὕλη vel καὶ ἀγέννητος dicatur, incorruptibilis vel ingenta sive increata materia, et in *Exhortatione ad Græcos*: Τὸν μὲν ἀγέννητον αἰδίου εἶναι λέγοντα, τοὺς δὲ γεννητοὺς ἢ δημιουργητούς. « Inginitum quidem sempiternum esse, genitos autem sive conditos. » Itaque γεννητά nonnunquam dicuntur, quæ quovis modo procreata sunt.

Col. 243 C 14. *Qui eruit me.* Sic restituimus ex Genesis xliii, 16. Paulo post illud, « Obliquum non dirigitur, » nonnihil immutatum est a Basilio. Sic enim legitur Ecclesiastæ i, 15: Διεστραμμένον οὐ δυνήσεται ἐπικοσμηθῆναι. « Perversum non poterit adornari: » Vulgata Latina, « Perversi difficile corriguntur: » at psalmo cxxxix, 12: Ἄνθρωπος γλωσσώδης οὐ κατευθυνθήσεται. « Vir linguosus non dirigitur. »

Ibid. D 1. *Nam quisquis.* Cornarius, « Qui enim a fortitudine infra declinat, secundum timiditatem pervertitur. » Montacutius vero corrigit, « Qui enim in defectu declinat a fortitudine. Nam et audax declinat a fortitudine, sed in excessu. »

Col. 246 B 2. *Non irascitur.* Verte, « et non iram adducens per singulos dies. » Sic enim ista convertuntur e Græco LXX apud S. Augustinum in *Psalmos*, et in utraque Basilicensi editione legitur, καὶ μὴ ὀργὴν ἐπάγων, primo loco: secundo vero conjunctio καὶ omittitur, quod fortasse in causa fuit, ut Flaminius Nobilius annotaret apud Basilium non legi καὶ μὴ, sicut apud Theodoretum et Nicephorum: at in mss. Oliv. in utroque loco reperitur.

Col. 266 B 2. *Non fenerabis.* Locus est Deuteronom. xxi, 19, ubi Vulgata Latina, *Non fenerabis fratri tuo ad usuram* Verbum enim Latinum fenerandi solum mutuuum aliquando significat: ut Deuter. xv, 9: *Fenerabis gentibus multis, et ipse a nullo accipies mutuuum*; quod LXX Græce dixerunt: Καὶ δανείσεις ἔθνεσι πολλοῖς, σὺ δὲ οὐ δανειῆ. Hebraicum est כַּבַּע. At hoc loco verbum est תַּשֵּׁב, quod « mordere » significat, et « arrodere, » et ἐκτοκίζεῖν, hoc est, « ad usuram mutuuum dare. » Quod vero sequitur ex Jeremiæ ix, 6, nonnihil immutatum est ab auctore, cum apud prophetam legatur, τόκος ἐπὶ τόκῳ, δόλος ἐπὶ δόλῳ. Manuscripti cum editis consentiunt. Tertius locus est psalm. liv, 12. Cæterum in codice Oliv. inscriptio hujus expositionis

A psalmi fuit; Ὁμιλία κατὰ τοκίζόντων, καὶ εἰς τὰ λειπόμενα τοῦ ἰδ' ψαλμοῦ.

Col. 278 A 1. *Creditor.* Addendum est, *inquit*, ut constet esse verba Scripturæ, quæ reperies Proverb. xxi, 13: Δανειστοῦ καὶ χρεωφειλέτου ἀλλήλοις συνελθόντων, ἐπισκ. « Dum fenerator, *inquit*, et debitor inter se conveniunt. » Cornarius ex Græco Basilii, « Dum fenerator et debitor inter se obviam venerunt, inspectionem utrorumque facit Dominus. » Excipit hunc locum alter ex eodem libro Proverb. v, 15: *Bibe aquam ex vasis* Ex eadem sententia Platonis legem exponit Plutarchus in libello *De vitando ære alieno*, qua vetabat cives suos alienæ aquæ participes fieri prius, quam domi solo usque ad argilam exhausto, aquæ id sterile deprehendissent. Ἄρα δέδεικται περὶ χρημάτων εἶναι νόμον, ὅπως μὴ δανείζονται παρ' ἐτέρων, μηδ' ἐπ' ἀλλοτρίας πηγὰς βαδίσωσι, μὴ πρότερον οἴκαι τὰς αὐτῶν ἀφορμὰς ἐξελέξαντες. « Nonne evidens est eam legem ad rem pecuniariam pertinere, ne ab aliis mutuuum sumant, alienosque fontes adeant, non ante domi copiis suis examinatis? »

Col. 274 A 15. *Vasa quoque.* Legit ἐσθιόντων interpretis ut ex Anglicis substitutum est; magis tamen arridet Basiliensis editionis et codicis ms. Oliv. lectio, ἐστιώντων, ex qua apud Cornarium, « vasa et supellectilem eorum a quibus convivio excipitur. » Eorum enim potius, qui convivio excipiunt, sunt vasa, quam convivarum.

Ibid. B 11. Τί πολυπλόκῳ θηρίῳ. Unde expressit Cornarius, « Quid multiplici bestię teipsum adjungis? eodemque modo in Oliv. scriptum fuit. Sane πολυπλόκων etiam meminit Scriptura, Job v, 13, βουλήν δὲ πολυπλόκων ἐξέστησεν, *consilium autem astutorum disjecit.* Sed aptior est lectio Anglic. et interpretis πολυτόκῳ, « fecundæ, » quod epithetum nomini et naturæ magis convenit, unde et de leporibus superfetantibus subjicit. Ita psal. cxliii, 16 τὰ πρόβατα αὐτῶν πολύτοκα, *oves eorum fetosæ.*

Col. 275 A 15. *Liber* Ἐλεύθερον præ se fert etiam ms. Oliv., at emendandum est ἐλεύθερος. Ab eadem mente illud est Plutarchi libro jam citato pag. 828: Ἡμεῖς δὲ τὴν αὐτάρκειαν αἰσχυρόμενοι καταδουλούμεν ἑαυτοὺς ὑποθήκαις καὶ συμβολαίοις, δέον εἰς αὐτὰ τὰ χρήσιμα συσταλέντας καὶ συσπειραθέντας, ἐκ τῶν ἀχρήστων καὶ περιττῶν κατακοπέντων ἢ πραθέντων, ἐλευθερίας αὐτοῖς ἱερὸν ἰδρύσασθαι. Nos dum contentos esse nostris rebus pudet, dandis pignoribus contractibusque subeundis in servitutem nosmet damus, ubi par erat, contractis ad utilia cupiditatibus, inutilia nos et otiosa concidere aut divendere, itaque nobis libertatis fanum exstruere. » Sequitur locus apud Basilium partim ad verbum partim imitatione expressus, ex eodem libro Plutarchi descriptus pag. 830: Ἡὼς οὖν διατραφῶ; Τοῦτο ἐρωτᾶς, ἔχων χεῖρας, ἔχων πόδας, ἔχων φωνήν, ἄνθρωπος ὢν, ᾧ τὸ φιλεῖν ἐστὶ καὶ φιλεῖσθαι, καὶ τὸ χαρίζεσθαι, καὶ τὸ εὐχαριστεῖν,



γράμματα διδάσκων, καὶ παιδαγωγῶν : « Dices : At quomodo alar ? Hoccine, inquam, te rogare æquum est, qui habeas manus, pedes, vocem ? quo homo sis, qui et amare possis et amari, beneficium accipere et agere gratias ? litteras docendo, pueros liberaliter formando ? »

Col. 282 C 4. *Non enim munda.* Expunximus illa interpretis, « Non enim castæ sunt preces, nec accepta. » Spectant enim hæc ad præceptum illud Deuteron. xxiii, 18 : Οὐ προσέσεις μίσθωμα πόρνῆς πρὸς πᾶσαν εὐχὴν. *Non offeres mercedem meretricis ad omne votum.* Porro εὐχή non est Hebraice הַשְׁתַּחֲוֹת, quæ προσευχὴν, id est, precationem, significat, sed ἑὺχὴ, quæ ὁμολογίαν, votum aut promissum, ut Jeremiæ xlii, 25 : Ποιήσομεν τὰς ὁμολογίας ἃς ὁμολογήσαμεν. *Faciamus vota, quæ volumus ; et : Ἐνεμείνατε ταῖς ὁμολογίαις ὑμῶν. Impletis vota vestra.* Basilius autem verba usurpavit Salomonis Proverbiorum xix, 13 : Καὶ οὐχ ἄγναι εὐχαί, ubi altera vox est Hebræa הַשְׁתַּחֲוֹת, quæ votum item sonat, licet sæpius guttam ; unde Symmachus ibidem σταγόνες vertit, et Vulgata Latina, *et tecta jugiter stillantia litigiosa mulier.* Alter locus est Jeremiæ xi, 15 : Μὴ εὐχαὶ καὶ κρέα ἅγια ἀφελούσιν ἀπὸ σοῦ τὰς κακίας σου, ἧ ταύταις διαφεύξῃ ; ubi quod propheta dixit, *aut propter ista effugies ;* Basilius circumlocutus est : ἢ τούτοις ἔσῃ καθαρὸς ; « aut per hæc purus eris ? » Paulo post δι' ἁγιασμοῦ interpretis verterat, « per vitæ enim sanctimoniam nobis pervius est ad eum sanctum ac familiaris aditus ; » at plus aliquid est οικειοῦσθαι, quam aditum habere.

Col. 286 A 1. *Post hujus vitæ.* Restituimus hanc sententiam, prout a Volaterrano expressa fuerat. Dispensationem enim vocat istius vitæ cursum, in qua scelera permittit, et quasi dissimulat Deus.

Col. 186 C 8. *Præterito creatore.* Scripsimus delectis illis, « præter creatorem, » ne obnoxia esset illa versio censuræ Theod. Bezæ, qui merito Erasmus reprehendit hunc eundem locum sic exprimentem ad Rom. i, 25, *supra eum, qui condidit.* Nam qui παρὰ τὸν κτίσαντα hoc modo vertit, aut, « præter creatorem, » videtur confiteri homines Deo quoque cultum aliquem exhibuisse, sed ita ut creaturas etiam colerent : at Apostolus vult eos cultum, qui Deo debebatur, ad creaturas transtulisse. Vulgatæ Latinæ auctor dixit, *et servierunt creaturæ potius quam creatori.* Nec aliter Hieronymus apud Origenem in Commentario Epistolæ S. Hilarii xii *De Trinitate*, « et servierunt creaturæ, præterito creatore. » Subinde scripsimus, « ordinabitur, » non « ordinabatur ; » alludit enim ad illud Lucæ xii, 46 : Καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει. *Et partem ejus cum infidelibus ponet.*

Col. 287 B 11. *Multi enim.* Omiserat corporis statum interpretis, « Plures enim speciem orationis præferre videntur, qui tamen in hac aula. » Stans etiam Pharisæus orabat, Lucæ xviii, 12, et Christiani quondam, diebus Dominicis et a Paschate ad

Pentecosten, stantes, non genibus flexis orabant. Hieronymus in *Dialog. adversus Luciferianos* : « Die Dominico et per omnem Pentecosten nec de geniculis adorare, et jejunium solvere, multoque alia, quæ scripta non sunt, rationabilis sibi observatio vindicavit. » Idem Ambrosius serm. 61 de Pentecoste ex concilio Nicæno can. 20 : Ἐστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ. « Ut stantes ad orationem vota Domino reddamus. »

Col. 291 A 7. *Qui aspirant.* Emendandum in Græco ex ms. Oliv., τελειουμένων, « in animas eorum qui jam initiati sunt. » Cornarius scripsit, « in animis eorum qui jam perficiuntur. » At quod sequitur, παρὰ τοῦ Κυρίου μετονομασθέντες, interpretis ediderat, « per metaphoram filii tonitruī appellati ; » Cornarius, « per translationem appellati ; » quasi metaphoram in locum metonymiæ substituerent. Imo hic nominis mutationem intelligit, quam agnovit etiam S. Hieronymus in i Danielis : « Porro Dominus in bonam partem nomina mutat antiqua, et ex rebus imponit virtutum vocabula, ut Abram appellaret Abraham, et in Evangelio filii Zebedæi appellati sunt filii tonitruī (Marci iii, 17). » Ejusmodi est argumentum libri Philonis Judæi : Περὶ τῶν μετονομαζομένων, καὶ ὧν ἕνεκα μετονομάζονται : « Quare quorundam in Scripturis mutata sint nomina. » Ab eadem mente est illud Gregorii Nazianzeni orat. 19 in laudem Patris, pag. 301 : Οἱ τοῦ Ζεβεδαίου το μεγαλόφωνον, ὃ καὶ βροντῆς υἱοῦς αὐτοῦς προσηγόρευσε. « Filii Zebedæi grandiloquentiam unde et filii tonitruī appellati sunt : » et orat. 20, pag. 369, commendat etiam τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου τὸ μεγαλόφωνον. At licet nimis stolide Theodor. Beza in Marci iii scribens minus probabiliter a Gregorio dicat id excogitatum, confirmatur tamen auctoritate S. Basili, qui hac nominum mutatione designari vult Evangelium, quod grandi voce filii Zebedæi promulgarunt, tonitru quoddam esse.

Ibid. B 9. *Rota Ezechielis i, 15,* sic legitur in Vulgatis Bibliis : Ἐχόμενος τῶν ζώων τοῖς τέσσαρσι, καὶ τὸ εἶδος τῶν τροχῶν ὡς εἶδος θαρσεῖς. *Juxta animalia ipsis quatuor, et species rotarum quasi species Tharsis.* Annotat vero Flam. Nobilius in quibusdam libris addi καὶ ἡ ποίησις, aut ποίημα αὐτῶν, quod apud S. Hieronymum in LXX, « et factura earum ; » quomodo et hic apud Basilium additur, et requirit Hebræum, ex quo Vulgata Latina, « et aspectus rotarum, et opus earum, quasi visio maris. » Cornarius hic minus apte vertit, « hærens ex quatuor animalibus. »

Col. 205 B 13. *Ut enim in Job.* Quod est in Latina Vulgata Job xxxix, 10 : *Nunquid alligabis rhinocerotam ad arandum in loco tuo ?* sic apud LXX legimus ; Βουλῆσεται δέ σοι μονόκερῶς δουλεῦσαι. *Volet autem unicornis servire tibi.* Quo factum est, ut in Catena Græcorum a Niceta Heracliensi collecta, quæ in Regia bibliotheca servatur, exscriptus fuerit totus hic Basili locus nonnihil etiam amplificatus : Οὐδὲ κοιμηθήσεται ἐπὶ φάτνης, οὐδὲ ὀμαλί-

σει κοιλάδας, ἀκολουθῶν σοι, οὐδὲ ἐγκαταλείψεις αὐτῷ τὰ γεώργια, οὐδὲ ἀποκαταστήσει σοι τὸν σπόρον, οὐδὲ συνάξει τὰ ἀλοηθέντά, καὶ πολλὰ περὶ τοῦ ἐλευθεριάζειν τὸ ζῶον, καὶ μὴ ὑπείχειν ἀνθρώποις, ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς προφητείας εἴρηται. « Neque in præsepi dormiet, neque convalles æquabit te sequens neque illi arva committes, neque tibi sementem restituet, neque ea quæ triturrata sunt in arca colliget : et multa de hujus bestię licentia et contumacia, quod humanum contemnat imperium, in hac prophetię parte sunt dicta. » Cæterum in editione Veneta quæ sequuntur ab iilis verbis : « Hujus ergo vis animalis ultrix, » non Basilii sunt, sed Olympiodori, ut ex eodem Regio codice ms. constat.

Col. 298 B 4. *Facta est flamma.* Vocem « flamma » de suo addidit interpres; Cornarius scripsit : « Facta est enim, inquit, velut spiritus roris sibilans ; » ego malim, « Factus est velut spiritus roris sibilans ; » tantum enim legimus Danielis v, 50 : Ἄγγελος Κυρίου ἐποίησε τὸ μέσον τῆς καμίνου ὡς πνεῦμα δρόσου διασπρίζον. « Angelus Domini fecit medium fornacis quasi ventum roris susurrantem. »

Ibid. D 3. *Sanctificationis.* Τοῦ ἁγιασμοῦ legit interpres; at Basiliensis editio præfert τὸν ἁγιασμόν, cui suffragatur ms. Oliv. Corn., « sanctificationem. » Euthymius quoque huic lectioni favet : Συσσεῖει δὲ, φησὶν, οὐ πᾶσαν τὴν ἔρημον, ἀλλὰ τὴν Κάδης· τουτέστι, τὴν ἁγίαν, τὴν ἀφωρισμένην καὶ ἀξίαν αὐτοῦ. Κάδης γὰρ ἁγίαν ἐρμηνεύει καθ' Ἑλλήνας. « Concutiet autem non omne desertum, sed desertum Cades : hoc est, sanctum et segregatum et ipso dignum. Cades enim sanctum Græci interpretantur. » Quod autem de cervis subjicit viperas devorantibus, testatur etiam Piinius eos serpentes mandere solere, lib. viii, cap. 32 : « Est iis cum serpente pugna : vestigant cavernas, nariumque spiritu extrahunt renitentes ; » et lib. viii, cap. 9 : « extractas cavernis mandentes. » Idem Ælianus lib. iii, cap. 9, *De animalibus*, Ἐλαφος ὄφιν νικᾷ κατὰ τινος φύσεως δωρεὰν θαυμαστῆς. « Mirifico quodam munere naturæ cervus serpentem vivit ; » et lib. xiii, c. 35, simile quid de alia purgatione cervorum : λέγουσι φυσικοὶ ἄνδρες τὸν ἔλαφον καθάρσεως δεόμενον σέσελι ἐσθίειν· φαλαγγίων δὲ κνήσασιν ἐχόμενον καρκίνους. « Physici dicunt cervum indigentem purgatione seseli comedere, laborantem vero ex phalangiorum morsibus, caneros. » Alia lectio præ se fert σέλινα, sed hanc tuentur Aristoteles lib. ix *Histor.*, cap. 5, et Plinius lib. viii, c. 32.

Col. 302 C. *Alius ex affectu.* Ad verbum et ad mentem propius Cornarius, « Quis ex affectu, quis perite cœlestia inquirat, quis defunctorie summis labris. »

Col. 303 B 10. *Inhabitare.* Legit interpres quod habet etiam Oliv. κατοικεῖ, non ut Basiliensis edit. κατοικεῖ, « inhabitat, » quo pacto et in quibusdam Bibliis scriptum est ut agnoscit etiam Hieronymus, qui tamen ad verbum ex Hebræo vertit, *Dominus*

*A diluvium inhabitat*, et citant alii ex Aquila, Κύριος εἰς κατακλυσμὸν ἐκάθισεν, Dominus in diluvio sedit. » Κατοικίζειν est « habitabile reddere, » κατοικεῖν, « habitare, » quod videtur potius amplexus esse Basilius, cum addat animam fieri κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν Πνεύματι.

Col. 306 A 9. *Adimpleatur*, πληθυνθείη. Cornarius fidelius ex I Petri i, 3, *Gratia vobis et pax multiplicetur* : idemque reperitur II Petri i, 2, et Judæ 2. Sub finem homiliæ omisit interpres illud, ἐν εἰρήνῃ, « benedictionis officii in pace participes. »

Ibid. B 6, Τοῦ ἐγκαινισμοῦ. In inscriptionis interpretatione superfluum est illud, « innovatæ, » cum ἐγκαινισμός renovationem sonet aut dedicationem cujusvis rei non modo renovatæ, sed etiam tum primum conditæ atque fundatæ. Paulo post mendosæ lectio κατ' ὄργανον, mendosam item peperit versionem apud Cornarium, « Psalterium quidem figurate juxta instrumentum : » emendandum est ex Oliv. καὶ ὄργανον, « Psalterium quidem ac musice adaptatum instrumentum, figurate est structura corporis. » Ita supra psalterium instrumentum appellavit : καὶ σοφῶς διὰ τῆς τοῦ ὄργάνου κατασκευῆς ἐνδεδειχθαι.

Col. 307 *Expuncta.* Observat. doctissim. Montacutius Volaterranum scriptum reperisse in suis codicibus, οἱ ἐκβάλλοντες τῆς μνήμης τὸν Θεὸν οἶονεὶ λήθη. Nam Basiliensis editio ad verbum sonat, « ejecti e memoria Dei. » Cornarius idcirco edidit, « qui ejecta memoria Dei. » Oliv. ms, constanter retinet receptam lectionem, ἐκβλήθητες.

Col. 309 B. Ὑψώσιν. Oliv. et Anglic. ὕψωσιν ἐπαγγελιέται τῷ Θεῷ, « per bona opera exaltationem Deo pollicetur. » Recepta lectio concinnior est. Citatur initio paginæ sequentis locus Genesis xlix, 25. Verba sunt Jacob benedicens filio suo Joseph.

Col. 354 B 4. *Dum particeps.* Interpres, « quo nutritur, quisquis particeps divini fit verbi, qui panis de cœlo descendit. » Verbi vitæ fit mentio Ephesior. v, 26, secundum Vulgatam ; sed Græce tantum est ἐν ῥήματι· panis vero, qui de cœlo descendit Joan. vi, 33.

Col. 25 A 2. *Neque enim illi.* Τεχνῖται dixit, non τέχνηται, ut legisse videtur interpres, « Non enim artes illæ, quæ meniæ sunt, et indifferentis naturæ veram habent laudem : » et Cornarius : « Neque enim artes, quæ in medio versantur, quod vere laudabile est habent. » At exempla, quæ subjicit Basilius, gubernatorum, architectorum, latomorum sunt artificum, non artium.

Col. 358 D 4. *Plus enim.* Emendandum ex cod. Olivar. πλεῖον γὰρ τι. Cornarius : « Amplius enim quiddam supra simpliciter quærere significat exquirere. »

Col. 359 B. *Non sinens.* Imo, ut recte admonet Montacutius, contrarium vult Basilius, « Non quod

nequaquam me patiat̄ur tribulari, sed cum tentatione exitum præbens. » Nec tamen in eo assentior illi, quod ex Anglic. τῷ δύνασθαι substituit, pro τοῦ δύνασθαι, ut erat in Basiliensi editione. Sunt enim ex Apostolo desumpta verba, apud quem ita legitur I Cor. x, 13, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν.

Col. 362 A 6. *Et revelare.* Ediderat interpres, « accedere et manifestari velle, » quasi legisset ἀποκαλύπτεσθαι. Propterea ex Cornario rescripsimus, « et revelare. » Jam tamen arrideret magis quod legit interpres, si alicujus codicis manuscripti auctoritate fulciretur, cum videatur alludere Basilius ad illud Isaiaë xlix, 9, λέγοντα τοῖς ἐν δεσμοῖς, Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει ἀνακαλυφθῆναι. quod Hieronymus vertit : « Diceret his qui in vinculis sunt : Exite ; et qui in tenebris : Revelamini. » Ad verbum esset, « manifestari, » vel certe, « ut manifestentur, » aut « illustrentur. »

Col. 363 A 4. *Castrametabitur.* Scripserat interpres, « Immittet se sive interseret angelus Domini : » nec aliter doctissimus Basilius apud Joan. Damascenum lib. i *Parallel.*, cap. 12, hunc Basiliilocum proferens. Enimvero in vulgatis etiam lexicis παρεμβάλλειν exponitur « diversi generis milites certo ordine interserere et collocare ; » sed et « tentoria collocare » apud Polybium sonat, et « castrametari, » ut Budæus observat in *Comment.*, ut in iii *Historiæ*, Τὴν δὲ δύναμιν πρὸ τῆς πόλεως παρεμβάλλον, « cum ante urbem castra posuisset. » Usi sunt etiam hoc verbo LXX, ut Numerorum ix, 18 : Διὰ προστάγματος Κυρίου παρεμβάλοῦσιν οἱ υἱοὶ τοῦ Ἰσραὴλ. *Per præceptum Domini castra collocabunt filii Israel.* Joan. Campensis hic vertit ex Hebræo, « Castrametatur angelus, » et S. Hieronymus : « Circumdat angelus Domini in gyro timentes eum. » Omnino autem exigit hanc versionem mens auctoris, qui idcirco postea assimilari castris angelorum dicit, ὄλω στρατοπέδω καὶ παρεμβολῇ παρεικάζεται. quamobrem addidimus, « et angelorum custodia te muniat, » quod omiserat interpres. Repetitur hic locus et exscribitur ab Euthymio in *Commentario*, apud quem perperam vertit interpres : « Nam cum unus numero tantum sit, universo atque integro hostium exercitui resistit. » Εἷς γὰρ ὢν, ὄλω στρατῷ παρείκασται. « Nam cum unus sit, integro exercitui comparatur. »

Col. 366 A 5. *Suavitatis.* Cornarius itidem, « et hic bonitatis gustus, » quasi legerit, aut corrigendum censuerit, tametsi mss. reluctantur, non χάριτος, sed χρηστότητος, quoniam dixit antea, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς Κύριος, *et videte quoniam suavis, vel bonus est Dominus* : alioquin ad verbum esset, *gratiæ arrhabo et qualiscunque*, quod sane minus convenit.

Col. 367 B 5. *Qui enim corporal.* Omiserat interpres, σωματικά, *corporalia*, et paulo post illa omnia

non expresserat, ἢ εἰ ἐκζητοῦντες ἀπειτύγγανον τῶν τοιούτων ἀγαθῶν.

Col. 370 A 8. *Vox est magistri.* Cornarius interpretatur, « Benigni præceptoris vox est. » Alii malunt, « interni, » vel, « intus residentis magistri : » sed exponitur tamen ἐνδιαθέτως nonnunquam ἐμπαθῶς, « cum magno affectu, » ut ἐνδιάθετος διδάσκαλος dicatur, « qui magno affectu complectitur discipulos, » nisi quis malit corrigere εὐδιαθέτου. Constanter tamen Oliv. et alii mss. vulgata retinent lectionem, sed προκαλουμένου legit Oliv. non προκαλουμένου, hoc est, « cohortantis. »

Ibid. C 10. *Satisfacere.* Recte Oliv. ἡμῶν corrigi pro ὑμῶν. Cornarius, « et Domino debitum exsolvere, qui pro nobis est mortuus. » Subinde, « ignem aspectu reddentes. » Ita substituit Montacutius, expunctis illis interpretis verbis, « Ignem paratum contuentes. » Cornarius item minus apte, « igneam faciem præ se ferentes. » Solum enim ex oculis quodammodo emicare ignem innuit. Simile quod affertur ex Aristophane, ἀστραπὰς βλέπειν, « Ex oculis quamdam veluti coruscationem emittere, coruscante aspectu esse. » Homerus Ὀδυσσ. T :

Φρίξας εἶ λοφιῆν, πῦρ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκῶς.  
*Valde exhorrens setosa cervice, ignem oculis inspicis.*

Philostratus in *Iconibus*, pag. 771, vestigia relegens Homeri, ὄρω δὲ αὐτὸν καὶ τὴν χαίτην φρίττοντα, καὶ πῦρ ἐμβλέποντα. « Video autem ipsum et setis horrentem, et ignem vibrantibus oculis intuentem. » Ita Gregorius Nazianzenus, orat. 20, p. 261. dixit, μὴ πιθήκειον βλέπη, ἀλλὰ βλοσυρὸν καὶ βασιλιγόν : « Non simiæ aspectum, sed torvum quemdam et horrificum ac regium præferat. » Sub finem paginæ pro μακρὰν ἀποπεσόντας fortasse rectius legeretur μακρὰν ἀπόντας, « longe absunt. » Ibidem immutavimus locum illum interpretis, « qui per baptismum et adoptionem Dei facti sunt domestici. »

Col. 378 A 3. *Nunc igitur potentiam.* Omiserat interpres illud, καὶ τὴν τῶν εὐχῶν ἀντιληπτικὴν. Cornarius appellat, « inspectivam nostri potentiam, et precum nostrarum susceptricem : » hoc est, quæ adjuvat preces nostras, ut dicebat Raphael Tobiaë cap. xii, 12 : Ὅτε προσήξω σὺ, καὶ ἡ νόμφη σου Σάρρα, ἐγὼ προσήγαγον τὸ μνημόσυνον τῆς προσευχῆς ὑμῶν. *Quando orasti tu, et nurus tua Sarra, ego offerebam memoriale orationis vestrae.* Ita citatur ex eodem Basilio in Lexicis : πρὸς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς ἀδελφότητος, *ad manum adjutricem porrigendam fraternitati.*

Col. 384 A 12. *Quid autem.* Hæc periodus, usque ad illa verba, « Ad eos item, » a nobis adjecta est, ab interprete prætermis̄sa : locus proxime sequens est Isaiaë xlii, 18.

Col. 387 B 8. *Qui juvenilibus*. Admonet doctiss. Montacutius fidelius verti, « qui aggredi juvenilia jam potest, vel potius fortia facta. » Cornarius, « fortia jam opera contingere potens. » Sub finem paginæ emendandum ὑφαίρειν ὑπομείνη, ut in Oliv., non ut in Basil. ὑπομένη.

Col. 395 C 3. *Et dedecoris plena*. Addendum, « et deficiens præ filiis hominum : » sic enim apud Isaiam LIII, 3 vertit Hieronymus. *Non habebat speciem neque decorem, sed species ejus inhonorata, et deficiens præ filiis hominum*. Idem Isaiæ locus in eadem sententiam ab Euthymio profertur in hunc psalmum, παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· περὶ τοῦ σώματος λέγει, οἷον ἦν ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ προπηλακίζομενον, καὶ μαστιζόμενον, καὶ μυρία πάσχον. *Et deficiens super filios hominum* : « De corpore (Christi) loquitur, quale nimirum tempore passionis erat, cum probris et plagis afficeretur, et innumera mala pateretur. » Quod ex Aquila hic profertur, κάλλει ἐκαλλωπίσθης, apud Eusebium in Catena sic se habet, κάλλει ἐκαλλιώθης ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων.

Col. 398 A 5. *Sermonibus*. Περὶ Χριστοῦ, « sermonibus de Christo. » Cornarius dixit, « doctrinis de Christo. »

Col. 406 B 10. *Odi*. Scribendum ex psalmo cxxxviii, 21 : *Oderam, et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio*. Græca enim verba ex Oliv. et Anglic. sunt addita Basiliensi editioni, a qua aberant. In Oliva. tamen legebatur, ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου, non, ut in vulgatis Bibliis, ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου.

Col. 411. D 5. *Perficiundæ*. Imo, « perfectæ et acquisitæ virtutis. » Itaque Cornarius propius ad sensum, licet haud satis Latine, « sed quæ in lætitia et exultatione ob virtuosum hoc factum gaudent. » Codex Oliv. constanter vulgatam lectionem retinet ἐπὶ τῷ τοιοῦτῳ κατορθώματι χαίρουσαι, ut minus necessaria sit doctissimi viri conjectura, hic emendandum suspicantis ἐπὶ τὸ τοιοῦτο κατόρθωμα χωροῦσαι. Exponit enim Basilius, unde illa sit εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίασις, ex conscientia recte factorum seu bonorum operum. Neque interseri opus est, post illa verba οἱ ἀπόστολοι· nam neque codex ms. Oliv. illud addit, neque Catena Græca manuscripta in *Psalmos*, quæ integrum hunc Basili locum exscriptum exhibet. De apostolis tamen a Basilio intelligitur, et exponitur, ut et ab Euthymio, cujus hæc verba sunt ex Regio ms. codice : Υἱοὶ δὲ οἱ ἀπόστολοι, οἵτινες ἐπανέβησαν εἰς τὸ ἀξίωμα τῶν πατέρων αὐτοῦ, πατριάρχαι τε γενόμενοι, ἐν τῷ γεννηθῆναι διὰ τοῦ βαπτίσματος πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀξιωθέντες τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος : « Filii vero apostoli, qui ad dignitatem patrum ejus proveci sunt, effecti nimirum et ipsi patriarchæ, dum omnes gentes per baptismum genuerunt, et prophetiæ donum obtinuerunt. »

Col. 423 C. *Qui per victoriam*. Hæc est mens Basiliensis editionis, quam Cornarii verbis representa-

vimus ; at interpres ediderat, ex codice fortasse calamo exarato, vertens : « Diluculo, hoc est, victoriam contra mortem die tertia matutina confecit. » Sane in codice Oliva, sic erat, βοηθήσει ὁ θεὸς τὴν νίκην πρωίᾳ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως ἐργασάμενος· at in Catena Græca Regiæ bibliothecæ, βοηθήσει αὐτῇ ὁ θεὸς τῇ πόλει τὸ πρὸς πρωὶ πρωὶ ὁ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην πρωίας τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως ἐργασάμενος. Quæ utraque lectio cum eo libro, quo usus fuit interpres, convenit. Observandum hic est Basilium legere πρὸς πρωὶ πρωὶ, non ut in aliis libris Psalmorum βοηθήσει αὐτῇ ὁ θεὸς τῷ προσώπῳ, « Adjuvabit eam Deus vultu, » et utramque lectionem junxisse Apollinarium in metaphrasi, hoc versu,

B Ἐξ ἡοῦς ἐπίκουρον ἔχει πανεπίσκοπον ὄμμα·  
Ab aurora adiutorem habet oculum omnia specularum.

Idem Apollinarius in Catena Barbari videtur utramque lectionem iterum conjungere, sed merito dubitat Flaminius Nobilius an utraque expositio sit Apollinarii : siquidem in Catena Regia manuscripta alteri auctori tribuitur illa : Πρόσωπον Ἐκκλησίας νοηθεῖεν ἂν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, καὶ οἱ κατὰ διαδοχὴν ἡγούμενοι αὐτῆς, οὓς καὶ νευροὶ πρὸς τὸ δύνασθαι εὐτόνως ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ κηρύγματος· « Vultus Ecclesiæ possunt intelligi sancti apostoli, et qui ordine sibi succedunt ejus præsules, quos etiam corroborat, ut fortiter possint Evangelii prædicationem capessere. »

Col. 435 B 3. *Sapientia*. Locus est Ecclesiastici xx, 32 : « Sapientia abscondita, et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque? » Quod sequitur, εἰς τὸ ἐτέρων ὠφέλιμον, recto verterat Volaterranus. « Quamobrem ad aliorum usum. » Tilmannus scripsit « utriusque, » quasi esset ἀμφοτέρων. Cornarius, « quapropter ad aliorum quidem utilitatem. »

Col. 436 B 13. Ἐναγγέλλω. Oliv. et Anglic. ἀναγγέλλω, οὐδὲν ἐμὸν, οὐδὲν ἀνθρωπ. λέγων.

Ibid. D. Οὐ κυκλώσει. Delenda est negatio in Græco, ut in Volaterrani interpretatione a Tilmanno deleta est, cum absit a LXX, et ab Hebræo, et a ms. Oliv. Isaiæ xiii, 9, scriptum est : Ἴδου γὰρ ἡμέρα Κυρίου ἔρχεται, ἀνίατος, θυμοῦ καὶ ὀργῆς, θεῖναι τὴν ὀργὴν ἔρημον. « Ecce enim dies Domini venit, insanabilis, furoris et iræ, ad ponendum orbem terræ desertum. » Quod vero sequitur, ex alio propheta desumptum est ; Osee vii, 2 : Ἐκύκλωσεν αὐτοὺς τὰ διαβόλια αὐτῶν· *Circumdederunt eos cogitationes eorum*. Paulo post scribe, « Non enim me peccatorum, » οὐ γὰρ περιστήσ.

Col. 439 B 11. *Neque enim*. Non dixit ζητεῖ, sed ζητεῖ. Audiendus potius Cornarius, « neque igitur fratrem quære in redemptionem, sed eum qui extendit naturam tuam. » Subjicitur deinde historia Exodi xxxii, 28, et altera, cum διστατικὴν φωνὴν dubiam et hæsitantem emisit vocem, Numeror. xx, 10.

Col. 446 B 9. *Insipientem*. Hæc ita verti mavult Montacutius, ut Græca sonant, « Poterit autem

quispiam dicere, insipientem illum nominari, qui A ethnico more vivit, amentem, qui Jndaico more. » Postea locus citatur ex Osee vii, 11; non, ut notarat Cornarius, Osee ix. Idem paulo post commodius Volaterranum ait vertisse, ὧν γὰρ ὁ βίος νεκρῶν « Quorum enim vita mortuis operibus ab omni generis peccato resultantibus adimpleta est, istorum domus in æternum sepulcra fiunt. » Locus de Jacob est Gen. xxv, 27.

Col. 454 B 9. *Qui imperium*, Cornarius edidit, « propter eam qui ipsam destruxit, et imperium mortis habet. » Uterque interpretis a sensu Basilii et ab Apostoli sententia aberravit; at Volaterranus in antiquiori editione recte interpretatus erat, ut suggerit Montacutius, « propter eum a quo vastabatur is, qui mortis habebat imperium. » B Locus est Hebræor η, 14: Ἴνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τούτέστι τὸν διάβολον. *Ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum.* Ita vertit et Ambrosius, lib. iii *De fide*, cap. 5, addens: « Per quam nisi per corporis mortem, mortis vincula dissolvit? » Cum ergo potestas ista mortis dicatur abolita, ut fatetur Beza, inepte censendus est interpretatus, τὸν ἔχοντα, « eum qui habet imperium, » non ut Vulgata, « qui habebat. »

Ibid. C 10. Ἐν τῷ ἄδῃ. Ad verbum est, « in inferno protendetur, » non ut Volaterr. et Cornarius « ad infernum usque; » at quod sequitur, τελειωθῶσιν οἱ προειληφότες, rectius expressit Cornarius, C « qui prægressi essent. » Hebr. xi. 40.

Col. 458 A 10. *Introibis*. Theodoretus admonet tres Græcos interpretes, Aquilam nimirum, Symmachum, et Theodotionem, edidisse, εἰσελεύσῃ, « introibis, » et ita legisse apud Basilium videtur interpretis, non ut habet Oliva. et Basiliens. εἰσελεύσεται, « introibit. » Cornarius etiam scripsit, « introibis, » quod adverterit id exigere explanationem Basilii: propterea sequitur, Τοσοῦτον οὖν παραγίνῃ σὺ, ὁ θεός. « Tantum igitur accedis tu, Deus, et tanta est in ipso de te notio: » et ita restituenda est interpretatio.

Col. 460 B 13. Ἐἴτα διὰ φιλανθρ. Hæc addita sunt ex Anglic. et Oliv.: « Idem rursus propter misericordiam Dei admissi ac recepti. »

Ibid. C 41. Βασιλέως. Emendandum ex Oliv. D et Angl. βασιλέα Σωβᾶ *regem Soba*. Apud LXX legitur βασιλέα Σουβᾶ, iidemque appellant Σύρον Ῥαᾶβ, *Syrum Rhaab*, quod Basilii Συρίαν Ῥαᾶβ.

Col. 464 A 9. Παρετάξαντο. Corrigendum ex Oliv. et Angl. παρετάξατο, ut versio requirit.

Col. 462 A 12. *Progressioni*. Ita Cornarius, « historiæ processus, » sed in Oliv. et Angl. non προκοπῆ, sed περικοπῆ legitur, « hujus historiæ parti, seu fragmento. » Suidas, περικοπή, μέρος τι τῆς ὑποθέσεως, « pars aliqua disputationis integræ, vel narrationis. » Hieronymus ad Pammachium,

« Illam Apostoli περικοπῆν, in qua de virginitate et nuptiis disputat, aliter disserere compelleris. » Basilii quæstione de baptismo 4, καὶ ὀλόκληρον τὴν περιέκοπῆν ἀναγινώσκοντες. Ita demum legitur in Catena Græca ms. in qua totus hic Basilii locus exscriptus est.

Ibid C 3. *Viginti millia*. Corrigendum ex editione Basiliens. et Oliva. « viginti duo millia. » Sic enim scriptum est II Regnorum viii, 5: Καὶ ἐπάταξε Δαυὶδ ἐν τῷ Σύρῳ εἴκοσι δύο χιλιάδας ἀνδρῶν. *Et percussit David in Syro viginti duo millia virorum.*

Col. 464 B 8. Τῶν ἀνθρώπων. εἴκοσι Oliva. τῶν πατέρων, « paternæ vanitatis. » Non aspernanda varia lectio, cum de gentilibus agatur, qui paternis superstitionibus adhærebant. Dixit tamen pagina præcedenti id posse de omni omnino humano genere intelligi, περὶ παντὸς τοῦ ἀνθρώπων γένους.

Col. 470 B 7. *Idithum vero consecratam*. Ad verbum e Græco vertit Cornarius, « Idithum datam esse in utilitatem ipsius. » Nam ut scribit S. Ambrosius in *in psalm*. xxxviii: « Psalmum David scripsit, et Idithum viro disciplinis leviticis et sacerdotalibus erudito canendum dedit. Denique etiam in sæcularibus scriptis, alii erant qui scribebant, alii qui in scena vel cantica vel comœdias vel tragœdias canere consueverant. » Et Theodoretus in hunc *psalmum* lxi: Δῆλον τοίνυν ὡς τοῦ μακαρίου μὲν Δαβὶδ ὁ ψαλμός. ἦδετο δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰδιθοῦμ, ὃς χόρου προστατεύων ἐν τῷ θείῳ νεῦ ὕμνει τὸν τῶν ὄλων θεόν. « Liqueat igitur psalmum quidem beati Davidis esse, Idithum vero eum cecinisse, qui chori præfectus cum esset, Deum universorum in sacro templo laudabat; » et in *psalm*. xxxviii: Τοῦ μὲν Δαβὶδ ὁ ψαλμός. τῷ δὲ Ἰδιθοῦμ ὡς τὸν τῶν ἁδόντων χορὸν ἐμπειστημένῳ εἰς τὸ ψάλλειν ἐδόθη. « Psalmus quidem Davidis est, Idithum vero ad canendum datus fuit, cui canentium echorus commissus erat. » Porro in codice ms. Olivar. constanter legebatur Αἰμάν, non ut in Angl. Αἰθάν, et ita I Paralipom. xxv, 4: Ἀσάφ καὶ Αἰμάν καὶ Ἰδιθοῦμ τοὺς ἀποφθεγγομένους ἐν κινύραις, καὶ ἐν νάβλαις, καὶ ἐν κυμβάλοις. *Asaph et Aimam et Idithum personantes in citharis et in psalteriis et in cymbalis*; atque hoc etiam pacto legendum hoc loco, non, *in cymbalis et organis*. Basilii addidit καὶ ἐν τυμπάνοις, quod illic non habetur, illud autem σάλπιγγές τε καὶ κύμβαλα, τοῦ ἀναφωνεῖν, est ex I Paralipomenon xvi, 42.

Col. 473 A 8. Περιδονούμενοι. Ita mss. Anglici et Olivarianus: retineri tamen potest vetus lectio edit. Basiliens. περιδονούμενα. Cornarius, « plantæ, quæ a leni aura agitantur. »

Col. 476 C 12. Οἱ καὶ τὸ φονεύειν. Anglici mss. οἱ καταφονεύειν. Oliv. οἱ τὸ καταφονεύειν. sequitur tamen absque ulla præpositionis additione simplex κατὰ τὴν τοῦ φονεύειν περιουσίαν.

Col. 479 A 7. *Delicias*. Τρυφῆς legit, ut præfert

Oliv. una cum Angl. At ex Basiliensi ζωῆς Cornarius expressit: « An electa in virtutis exercitio affectione per hujus beneficium consequi æternam vitam. » Paulo post occurrit Epicureorum vel impiorum e circo petita sententia: « Mihi præsentia dentur, » cui similem adjungit in margine Tilmannus ex S. Joan. Chrysostomo, homil. 9 in II Epist. ad Corinthios: Καὶ γὰρ πολλῶν ἀκούω λεγόντων τὰ καταγέλαστα ταῦτα ῥήματα· Δός μοι τὴν σήμερον, καὶ λάβε τὴν αὔριον. "Αν μὲν γὰρ τοιαῦτα ᾖ, φησὶν, οἷα καὶ φατε ἐκεῖ, ἔν ἀνθ' ἐνός γέγονεν· ἂν δὲ μηδὲν ὄλωσ ᾖ, δύο ἀντ' οὐδενός· « Etenim complures audio, qui ridiculis hisce verbis utuntur, Da mihi hodiernum diem, et tu crastinum sume. Nam si talis et in futuro ævo rerum status, qualem dicitis, unum pro uno fuerit; si vero ex iis, quæ de ævo illo commemorantur, nihil omnino est, duo pro nihilo erunt. » Quæ doctissimus Billius, lib. 1, cap. 14, *Observationum*, sic exponit: « Sine me præsentis vitæ oblectamentis frui, tu vero futura bona tibi habe. Si enim vera sunt, quæ de justorum præmiis et iniquorum suppliciis commemorantur, æqua conditione erimus. Nos enim præsentia habebimus, vos futura. Sin falsa et commentitia, nos quidem duplici nomine beati erimus, ut qui et in hac vita in omni voluptatum genere versati fuerimus, et in altero ævo nullas pœnas subituri simus; vos contra duplici nomine miseri ut qui et in hac vita magnos labores susceperitis, et in futura nihilo meliore conditione sitis futuri. » Ibidem recte a doctissimo Savilio nuper editum est, ἀλλὰ δύο ἀντ' οὐδενός ἔσται τοῖς διακαλοῖς, ut conjecerat emendandum idem Billius. Sub finem paginæ pro προσφέρεται ζυγά legitur in Oliv. et Angl. προφέρεται, « producitur. »

Col. 482 A 14. *Par recipe*. Cornarius, « exspecta æquilibrium. » Montacutius, « exspecta par, » hoc est, ut par pari referatur. Paulo post, « Terminos esne transgressus, » non satis exprimit Scripturæ sœnsu, ex qua ista desumpta Proverb. xxii, 28, ubi quamvis apud Vulgatæ auctorem legamus, *Ne transgrediaris terminos antiquos*: tamen apud LXX

aliter, Μη μέταιρε δρια αἰώνια, *Noli transferre terminos æternos*, Basilius dixit, μετέθηκας. Cornarius « terminos patrum transposuisti. » Plus enim est loco movere limites agris positos, litem ut discernant arvis, quam deambulando illos transgredi.

Col. 483 B 8. *Ut debitum illis*. Interpres, « ut debitam illis liturgiam expleverim. » Cornarius, « ut et apud illos ministerium impleverim. » Similis Apostoli locutio II Timoth. iv, 5: Τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον· *Ministerium tuum imple*.

Col. 487 C 12. *Qui in peccato*. Sic restituimus, cum edidisset interpres: « Qui autem usque ad mortem in aliquo peccato constitutus fuerit. » Non enim hic agitur de eo, qui ad extremum usque vitæ spiritum in peccato fuerit constitutus, sed de eo qui peccatum ad mortem admiserit, cujus mentionem facit beatus Joannes Epist. I, cap. v, 16: Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον· *Est peccatum ad mortem*. Ex qua etiam Epistola est illud quod sequitur, tametsi non nihil immutatum, Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν· *Qui facit peccatum, ex diabolo est*. Sed in Olivar., γεγέννηται legebatur, non γεγένηται, quemadmodum et apud Apostolum, Ὅτι ἐκ Θεοῦ ἐγέννηται, *Quoniam ex Deo natus est*. Cornarius scripserat hoc loco, « Qui in peccato aliquo mortali hæret. »

Col. 489 C 10. Ἔχουσιν ἀναπνοήν. Additam variam lectionem arripuit typographus, sed verior Basiliensis editionis illa, quam et expressit interpres, et Olivarianus codex confirmavit, ἀναστρέφην, hoc est, οὐ δύνανται ἀναστρέφασθαι. Ex eodem manuscripto restituimus sequentem locum, κατὰ χάριν τοῦ μεγαλοδ., nam ab excusis aberat χάριν.

Col. 493 C 8. Ἀλγήματα. Ms. Olivar. οὐκ ἐνὶ ἄλγημα· quo pacto scriptum offendisse videtur interpres. In eodem libro legimus ἐμπορία, sed ex Anglicis editum est, ἐμπορεῖται, quam vocem omiserat Basiliensis editio. Postremo idem codex Oliv. post Ἰησοῦ subiciebat, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, « Domino nostro. »

## IN LIBROS ADVERSUS EUNOMIUM.

*Adversus Eunomium* hæreticum scripsisse libros aliquos S. Basilium testatur Hieronymus in *Catalogo scriptorum ecclesiastic.* his verbis: « Basilium Cæsareæ Cappadociæ episcopus egregios contra Eunomium elaboravit libros, et *De spiritu sancto* volumen. » Sophronius vertit, κατὰ Εὐνομίου ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους: sed quot numero fuerint, non satis liquido constat. Ex Photii *Bibliotheca*, numero cxxxix, licet colligere tres primum ab eo fuisse exaratos, quando quidem totidem libris se adversus illum tueri conatus est Eunomius. Postquam enim S. Basilius in cœlestem commigravit hæreditatem, et ingenti metu liberatus est Eunomius, suum opus evulgavit, in quod incidentes Theodorus Antiochenus, Gregorius Nyssenus, et Sophronius, πολλὰς ἀκρίαις λόγων λωβησάμενοι, οὐδὲν ἤττον τοῦ προτέρου, νεκρὸν καὶ πάσης ἀπόζον ἀκαθαρτίας τῷ γεγεννηκότι ἀπέρριψαν· « Multis verborum plagis, non secus ac priorem illum ejus libellum Basilius, conficientes vulgatum jam et præ impuritate olidum in auctorem suum conjecerunt. » Illustrissimus cardinalis Bellarminus in *Catalogo*

*scriptorum ecclesiasticorum* ait in secundo Basili A operum tomo poni libros tres *contra Eunomium*, sed in editione Antuerpiensi libros quinque, et quamvis duos ultimos libros Erasmus sustulerit, ut indignos Basilio, alios tamen censere Basilio non indignos. Certe idem in suis *De controversiis* libris, ut lib. II *De Christo*, c. 25, citat ex libro quinto tria loca, quibus Ecclesiæ Latinæ sententiam confirmat de processione Spiritus sancti. Ipsa etiam Græca Ecclesia in concilio Florentino, cum pro ea verba faceret Marcus Ephesius, et cum Latinis disputaret, ex libro quinto testimonium profert sessione 18, p. 436 editionis Romanæ: Ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικοῖς περὶ τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς προόδου τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸν λόγον ποιούμενος τοιάδε φησί· Γεννᾷ ὁ Θεὸς οὐχ ὡς ἄνθρωπος, γεννᾷ δὲ ἀληθῶς· « Basilius Magnus in sermonibus, quibus Eunomium confutavit, loquens de productione Spiritus sancti ex Patre, his utitur verbis: Generat Deus non ut homo, vere tamen generat. » Reperitur locus lib. V. Bessarion quoque Nicænus archiepiscopus in Oratione dogmatica, sive de unione ad Ecclesiam Orientalem, c. 8, pag. 544 Romanæ edit., ex eodem lib. V citat c. 9, pag. 118: « Magnus itaque Basilius consona prædicto doctori dicens, tum Spiritum homini a principio sufflatum, tum a Salvatore discipulis datum, ipsam hypostasim Spiritus fuisse asserit contra Eunomium in capitulo, cui titulus, Quod Spiritus divina natura est. » Ex quibus constat passim apud Græcorum bibliothecas circumferri solitos, et citari quinque C istos *contra Eunomium* libros. Ac, licet in editione Veneta, apud Stephanum Sabium ann. 1535, tres tantum priores excusi fuerint, tamen in Basiliensi posteriore anni 1551 quinque sunt editi, quos etiam Regius codex Henrici II agnoscit, ex quo multa loca emendavimus. Facessat igitur Erasmi censura, et Theodori Bezae merito castiganda audacia, qui, cum quatuor libros Latinitate donasset, quintum tamen suppressere ausus est, et quartum postrema sui parte truncare, suppressa ejus partis interpretatione, quæ nimirum catholico ac vero de meritis operum dogmati suffragabatur. Janus Cornarius, et ipse de numero Protestantium, quinque integros Latine convertit, cujus interpretationem cum Bezae editione apud Henricum Stephanum an. 1570 comparabimus, sicubi nobis subsidio erunt ad receptam D Trapezuntii versionem recensendam. Si quis autem disparitatem styli, et diversam rationem argumentandi in duobus posterioribus libris animadvertens, causas earum requirat: ex Prologo, qui libro quarto præfixus est ab ipso interprete vel ab alio quopiam viro, docto, eas discere poterit.

Col. 499 B 11. Alterum dicitur etiam, quod numero tantum diversum est, licet alioqui simile sit; at non dixit ἑταρόσιον. Itaque melius Cornarius, « inæqualem esse secundum essentiam. » Optime ad verbum scripseris, « dissimilem secundum substantiam. » Ita paulo post in eodem libro dixit:

Ἀνόμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν εἶναι τὸν Μονογενῆ τῷ Πατρὶ, « Essentia dissimilem esse Unigenitum Patri. » Unde Anomæi dicti sectatores Aetii. Epiphanius hæresi LXXXVI: Ἀνόμοιοι πάλιν τινὲς εἰσιν καλούμενοι, οὗτοι δὲ πρόσφατοι. Ἔσχον δὲ ἀρχηγὸν Ἀετίον τινα διάκονον προαχθέντα διὰ τὴν αὐτοῦ φλυαρίαν ὑπὸ Γεωργίου τοῦ Ἀλεξανδρέως. « Sunt rursus quidam, qui appellantur Anomæi, hoc est, dissimiles. Hi autem recentes sunt. Habuerunt autem ducem Aetium quemdam diaconum, evectum propter nugas suas a Georgio Alexandrino. » Idem corrigendum est infra, « alterius esse substantiæ. »

Col. 505 B 3. *Cui nulla persona.* Sic ἀπρόσωπον verti placuit, non ut interpres scripserat, « accusatoris persona relicta. » Cornarius vero edidit, « apologiæ actum sine persona subit. » Beza, « cui nulla persona subest, » sive accusatoris sive alterius: at paulo post addidit Basilius vocem κατηγορῶν, « accusatorum. » Πρόσωπα κατηγορῶν ἀισχύνεται. Trapezuntius, « accusatorum personas in medium adducere dedecus sibi putavit. »

Ibid. D. *Alloquor enim.* Interpres. « Habeatur enim mihi pariter ad universum illum cælum oratio. » Δημίους quoque « ministros publicos » vertit, sed post judices non servi publici, aut lictores quivis, aut viatores, verum carnifices subjiciendos esse intelligi potuit.

Col. 506 A. *Pulsus Eudoxius.* In codice Regio legebatur, quod in margine Basiliensis editionis ascripseramus, καὶ ὁ Εὐδόξιος μὲν τῶν ἐν Συρίᾳ. Trapezuntius scripserat ex manuscripto (nam ante annum 1530, quo primum Venetiis editi sunt hi libri, e vivis excessit): tunc e Syria etiam quidam expulsus, Constantinopolim quasi ad tyrannidem pervenit. « Socrates, lib. II *Historiæ eccles.*, c. 34: Τότε δὲ ἐκβλήθητος Μακεδονίου, Εὐδόξιος ἐν δευτέρῳ τὸν Ἀντιοχείας θέμενος θρόνον, τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀναδέχεται (sic legi malim, quam ἀναδείκνυται), τῶν περὶ Ἀκάκιον ἐνθρονισάντων αὐτόν. » Id temporis vero exturbato Macedonio, Eudoxius sedem Antiochiæ posteriorem ducens Constantinopoli sede episcopus Constantinopolis per Acacium et ejus familiares renuntiatus est. « Nicephorus quoque libro IX, cap. 36, Eudoxium scribit Antiochia occupata propalam Aetii opinionem propugnasse, atque illum adjuvare conatum esse. Vide etiam Theodoretum, lib. II *Histor. eccles.*, c. 25, et c. 27. Ex eodem codice Regio addidimus excuso, post vocem λογογράφος, quæ sequuntur, διὰ τῆς τούτου προστασίας ἰδρῦσαι τὸ δόγμα ἐπειγομένου. Ibidem pro « Sardiensis Ecclesia devorata est » scripsimus e Græco προεπόθη, « propinata est, » et ita Beza, quem tamen admodum imperitum geographiæ fuisse constat, cum hic scripserit in editione Stephanæa, « Sardicensis Ecclesia propinata est. » Atqui Sardica, cujus civis Sardicensis, urbs est Thraciæ mediterranea; Sardis autem vel Sardes urbs Lydiæ ad latus Tmsli montis sita, cujus civis Sardinianus vel Sardiensis dicitur. S. Hierony-

mus, in *Catalogo scriptorum ecclesiast* Sardensem appellat. « Melito Asianus, Sardensis episcopus Marco Antonino Vero imperatore, » ubi Sophronius Μελίτων Ἀσιανὸς Σάρδεων ἐπίσκοπος. Imitatus est ante aliquot annos ἀνιστορησίαν istam Bezæ symmysta ejus Salmuriensis, qui concilium Sardicense Gallico idiomate sic extulit, ut Asianam Lydiæ urbem in locum Thraciæ civitatis substitueret, quæ de re a nobis in Elencho ipsius errorum tomo 1 admonitus est.

Col. 508 D 4. Τοῦτο δὲ ἐστὶ τοιοῦτον. In Basiliensi edit. erat. τοῦτο δὲ ἐστὶ τοιοῦτον. Τί δὲ χαλεπαίνεται μοι : unde Cornarius suam versionem expressit. « Hoc vero tale quid est. Quid succensetis mihi, o viri, ad fastigium virtutis progresso ? » Nec aliter Beza : verum in Regio H. legebatur : Τοῦτο δὲ ἐστὶ τι, μὴ χαλεπαίνεται μοι. Atque hoc pacto scriptum in manuscripto reperisse videtur Trapezuntius, nec in verbis Eunomii vestigium ullum est interrogationis. Paulo post scripsimus, « Cum quo damnatus sit : » Τίτι συγκατακρίεται · non, ut interpret, « ex arrogantia, qua condemnatus est : » cum diabolo nimirum, in cujus iudicium et condemnationem incidit. I Tim. iii, 6 : Ἴνα μὴ τυφωθεῖς εἰς κριμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου. « Ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. »

Col. 510 C 2. Quod si deprehenderetur. Aliud est ὑπορᾶσθαι, aliud φωραθῆναι. Illud se legisse putavit Trapezuntius, cum scripsit, « Quod si suspectus foret, sine ulla culpa esse videatur. »

Col. 511 B 10. Ἀγομνάστοις ἀκοαῖς verterat, « in liberas aures incidens. » Cornarius aptius, « ne in exercitatis auribus allapsus sibi ipsi fidem deroget. » Beza, « in assuetas aures feriens. » In ms. erat τὴν ἀσέβειαν, sed emendandum esset ἐαυτοῦ · « Impietatem suam fide indignam redderet, neque facile audiendam. »

Ibid. C. Ad institutum. Ἐφ' ἃ προεῖρηται, quomodo legitur et in Stephanæa editione, ubi hoc pacto vertit Beza ; sed aptius fortasse legeretur προῆρηται a verbo προαιρεῖσθαι. Cornarius receptam exprimens lectionem, « ad ea quæ prædicta sunt. » At Trapezuntius ediderat, « ad ea, quæ volebat, » προαίρεσιν indicans. Paulo post ex Regio pro ἐπιστάσεως emendandum τὸ ἀπλοῦν τῆς πίστεως, « simplicitatem fidei, » quam lectionem etiam Stephanæa editio agnoscit.

Col. 513 B 6. Γνώμονα τῆς ἀληθείας. Addidimus ex codice H. τοῖς ἐχθροῖς τῆς ἀληθείας, quod etiam in apographo suo legisse Trapezuntius apparet, cum ante primam Venetam editionem hos libros e Græcis manuscriptis Latinitate donaret : quamobrem nec a Beza neque a Cornario prætermitti debuerunt.

Col. 516 A 11. Τὸν θεὸν ἀγέννητον. Ita scriptum fuit in Regio, et in edit. Stephanæa, quemadmodum et in iis quæ sequuntur periodis προσγεγεννησθαι et γεγενῆσθαι : quam ob causam vertit Beza, « Deum non esse factitium, et vel a seipso vel ab alio fa-

ctum esse : » ac re vera ἀγέννητος est « non factitius, non creatus, non productus : » sed in Basiliensi posteriore ἀγέννητον excusum fuit, et προσγεγεννησθαι et γεγενῆσθαι, atque ideo Trapezuntius interpretatus est, « et communi omnium conceptione Deum natum non esse : » item paulo post, « quod ingenum est, vel a se vel ab alio factum esse contenderet, » et « qui est ingenus, neque a se neque ab alio natus : » aptius dixisset, « neque ab alio genitum. » Verumtamen in tanta lectionum varietate animadvertendum est, quod alibi monuimus, vocem ἀγέννητος, cum de Deo Patre agitur, sive cum aliis personis Trinitatis comparatur, nunc significare ingenum, hoc est, non generatione productum, nunc autem, increatum, non factitium, neque per creationem productum : sæpius tamen ἀγέννητος vocem hac secunda notione usurpari, quæ cum simplici ν, non cum duplici effertur, ut ἀγέννητος. Vide quæ superius annotata sunt.

Ibid. C 5. Quasi solido. Πυκνὸς καὶ περιττὸς solertem et prudentem et egregia mente præditum sonat, ut cæteri interpretes ediderunt, non ut Trapezuntius, « Si densis atque minutis excogitationibus suis redundaret. »

Col. 517 A 6. Pro συνάγειν scripsimus ex Regio H. συνεισάγειν.

Col. 520 B 9 Ὑφαρπαγήν. Addidimus ex ms. H. quæ deesse in Stephanæa Beza apposito asterisco adverterat, et Trapezuntii versionis insistens vestigiis interpretatus erat, nimirum αὐτῷ ληφθέντος λόγου πρὸς τὴν κατασκευὴν ἐντεῦθεν χωρεῖ τοῦ τὴν ἀγεννησίαν οὐσίαν εἶναι. « Iste tamen quasi viam quamdam ex eo nactus, quod furtim arripuit, eo progreditur, ut dicat ἀγεννησίαν esse illius essentiam, qui est omnium Deus. » Cornarius aptius edidit, « hinc ad confirmationem procedit, quod ingenum esse essentia sit. » Ἀγεννησίαν Latini Patres « innascibilitatem » vertunt.

Col. 526 B 3. Et quod ejus propr. Hoc omissum ab interprete addidimus, qui et scripserat hoc loco, « neque ad irrationalem dimittens infirmitatem subduci, » quod legisset fortasse ὑποφέρεσθαι, ut habuit H. Regius codex pro ἀποφέρεσθαι. Paulo ante ubi de vite fit mentio, prætermisit illud, κατὰ τὴν πίστιν, Beza, quod sane mirum, cum illius symmystæ neglectis operibus, fidei potius curam gerere videantur. Dixit autem ἐρρίζωμένους κατὰ πίστιν ut Paulus Coloss. ii, 7 : Ἐρρίζωμένοι καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει · Radicati et confirmati in fide.

Ibid. C 3. Incorruptibilem. Tractat hunc locum S. Basili frater Gregorius Nyssenus lib. ultimo contra Eunomium, nuper Latinitate donato a doctissimo viro N Gulonio, p. 396, eumque adversus calumnias Eunomii tuetur. Diversis tamen aliquando dictionibus utitur, ut ὑπερεκπίπτουσαν πάσης περιγραφῆς εὐρίσκοντες, pro πάσης ἀρχῆς, quæ verior lectio, ut animadvertit interpret Nyseni, scribens, « omnem circumscriptionem vel



omne principium superantem. » Item τοῖς αἰῶσι ὄν νοῦν ἐπιβάλλωμεν πρὸ τὸν νοῦν ἐπεκτείνωμεν, et τοῖς ὀνόμασι τούτοις χρώμενοι, pro τούτοις προσαγορεύοντες. Ibidem correximus illud Trapezuntii « tunc infinitam ejus in nullum terminum exeuntem incorruptibilem appellamus. »

Col. 526 C 14. Καὶ ἀσύμβαντα. Rectius in ms. Regio II, ἀσύμβατα quemadmodum et apud Gazam in *Grammatica Græca* legunt quidam ἀσυμβάντως ἔχειν, lib. IV : sed paulo post non ἀσυμβάντως, sed ἀσυμβάτως scriptum esse observat auctor *Græci Thesauri*, et ex Plutarcho citat de primo frigido : Ἦ μὲν γὰρ κατὰ στέρησιν καὶ ἔξιν ἀντίθεσις πολεμικὴ καὶ ἀσύμβατός ἐστιν, id est, Turnebo interprete, « Privationis enim et habitus repugnantia hostiliter infesta est, et implacabiliter dissentit. »

Col. 527 B. *Non se ex commentatione.* Hæc verba Eunomii sic immutavimus, cum esset antea : « Nolle cogitationem humanam decorare Deum, cum Ingenitum appellat. » Sed ἐπίνοιαν « commentationem » Beza rectius vertit, quam Trapezuntius, « cogitationem, » aut Cornarius, « contemplationem ; » cum ἐπινοεῖν sit excogitare, vel comminisci, vel mente concipere solerter aliquid adinveniendū. Sic apud Nyssenum Gulonius τῇ ἐπινοίᾳ ἡμῶν ἐπιθεωρούντων ταῦτα « dum hæc per commentationem ita contemplamur. »

Ibid. 12. *Quomodo igitur.* Interpres ediderat, « Quomodo igitur non furere te perspicimus, si propriam cuique nominum potestatem inesse non putes, sed contra veritatem ; » ἀλήθειαν enim legit, non ἐνέργειαν, quod tamen tuetur ms. H. et editio Stephanæa, in qua omisit Beza illud παρὰ τὴν ἐνέργειαν, quod ita expressit Cornarius, « sed præter efficaciam decernere omnia nomina inter se valere ? »

Col. 529 B 9. Καὶ ἐν τούτῳ. H. ms. καὶ ἐν ἐνὶ τούτῳ, quod agnoscit interpretatio Trapezuntii, ut ante dixit ἐν ἐνὶ τούτῳ μόνῳ. verte igitur, « atque in hoc uno confessionem persolvat, quod est id quod est : » et in verbis Eunomii, pagina 219, c. 2, ἐν τῇ τοῦ εἶναι ὅ ἐστιν ὁμολογίᾳ, *confitendo id eum esse quod est.*

Col. 531 A 14. *Categoriæ.* Non ut interpres, *De categoriis*, quemadmodum et S. Augustini quidam citant librum *De decem categoriis*, qui in inscriptione habet, *Categoriæ decem ex Aristotelis libro.* Sane quidam librum illum inscripserunt Ἐπὶ τῶν τοπικῶν, *Ante topica*, ut ex Simplicio observat amicus noster Robertus Balforæus vir eruditissimus in suis *Commentariis logicis* ; nonnulli *De decem categoriis*, seu, ut vertit Boethius, *prædicamentis* : tamen apud ipsum Aristotelem et apud Ammonium liber inscribitur Κατηγορίαν de privatione et habitu agit c. 10, de oppositis ; et alibi passim. Ibidem ex Joannis VIII, 44, scripsimus *ex propriis loquitur*, pro « ex seipso, » Ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, non ἀφ' ἑαυτοῦ.

Col. 634 B 13. *Si quidem privationes.* Non ut

A interpres scripsit, « Privatio enim ejus, quod natura inest, privatio est, posterior habitu. » Aristoteles in *Categoriis* c. 10 : Ἐστερηθῆσθαι δὲ τότε λέγομεν ἕκαστον τῶν τῆς ἔξωθεν δεκτικῶν, ὅταν ἐν ᾧ πέφυκεν ὑπάρχειν, ἢ ὅτε πέφυκεν ἔχειν, μηδαμῶς ὑπάρχει. « Tum vero dicimus singula, quæ habitum recipere possunt, privata esse, cum in quo natura inesse debet, aut quando natura haberi debet, nullo modo inest. » Exemplum addit de edentulo et cæco : non enim quod dentes non habet, « sed quod non habet, quando habere natura debet, » edentulum dicimus, et cæcum, quod oculos non habet, quando natura habere debet.

Ibid. C 9, Ὡς πρὸς τὸ ὅλον. Obscure expressum erat, « pusillam ad totum congerunt. » Cornarius dixit, « quantum ad totum attinet. »

B Col. 536 C 4. *Nullatenus Emendandus* in Veneta et Basiliensi locus σχολή γ' ἄν, ex Regio H. et Stephani editione p. 233, σχολῆ γ' ἄν ἄλλο· sed illius interpres minime sequendus, qui a mente auctoris aberravit, licet eum Stephanus tanquam ἀναμαρτητον sæpe in *Thesauro* iaudet : « Nam si essentia inter ea ponatur, quæ non sunt, quidquid præterea diximus, unum et inane fuerit. » Rectius multo Cornarius : « Si enim essentia inter ea, quæ non sunt, est, nullatenus sane aliud quid eorum, quæ de Deo dicuntur, aderit. » Paulo post immutavimus illud, quod pro his Græcis substituerat Trapezuntius, καὶ αὐτὴν τὴν οὐσίαν τίθεται τὸ ἀγέννητον, « et in ipsa substantia innoscibilitatem imposuit, et orationem tanquam ad caput colligens sic conscribit. » Imo ingenitam esse Dei essentiam dicebat, non in essentia Dei esse, Eunomius, ut ex ipso Basilio constat, et Greg. Nyssen, libro ultimo *contra Eunomium*, p. 204 : Αὐτὸ δὲ τὸ διὰ τῆς μὴ γεγεννηθῆσθαι λέξεως σημαινόμενον οὐσίαν νομίζειν μόνων τῶν ἐκ μανίας παραφερομένων οἰόμεθα « Ipsum autem quod significatur per verbum *non genitum esse*, existimare essentiam, solerum, qui furore concitantur, esse arbitror. »

Col. 542 A 9. *Invisibilis et orn.* Hoc prætulimus verbis interpretis ex vulgata Latina quæ non e Græcis expressa, sed ex Hebræo, *erat inanis et vacua.* Vaticana editio ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος vertit, *invisibilis et incomposita.* S. Augustinus in lib. *De Genesi ad litt., inordinata vel imparata.* Aquila κένωμα καὶ οὐδὲν, *inanitas et nihil.* Symmachus ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον, *iners et indiscretum quiddam* : quare nimirum illud chaos apud Ovidium, I *Metamorph.*, « rudis ingestaque moles. » Paulo post sub finem pag. ἐμβατεύειν οὐσίαν dixerat interp. « ipsam se ingressos substantiam Dei jactant ; » sed Græcum hoc verbum non simpliciter ingredi, sed pedem inferre, et quasi in possessionem ingredi sonat, ut Colass. II, 18 : Ἄ μὴ ἐώρακεν ἐμβατεύων· *quæ non vidit ambulans.* Budæus, *in eorum quæ non vidit, possessionem pedem ponens.* Sic in *Thesauro* citatur ex Æcumenio vel potius ex Aretha in *Acta apost.* : Ὁ Κύριος ὁ ταῖς καρδίαις

ἐμβατεύων. Chrysostomus, lib. II. *De sacerdotio* p. 45 : Οὐχ ἵνα αὐτὸς μάθῃ. πῶς γὰρ ὁ τὰς ἀπάντων καρδίας ἐμβατεύων ; « Non quod ipse edoceatur : qui enim edoceri studeat is, cui uni mortalium omnium corda sunt pervia ? » Itaque non absurde hic interpretatus est Cornarius, « Ipsam Dei universorum essentiam pervestigasse sibi arrogant. »

Col. 544 C 10. Ὑλικήν τινα. Basiliensem editionem hic emendavimus, vel potius typographicum σφάλμα sustulimus ; recte enim erat in Veneta, unde illa videtur expressa, non ἑλικήν sed ὕλικήν ; mirari tamen satis non possum Bezæ stuporem, qui cum in Stephanæa recte excusum cerneret ὕλικήν, tamen ex adverso Græci textus ediderit : « Præterquam enim quod essentiam Dei cogitabit esse quantitatis alicujus : qua in re cum Græcis consentiet, » quasi nimirum ἑλικήν legisset, quod ἑλικὸς « quantum » sonet, non ὕλικήν, « materialem sive corpoream substantiam : » vide infra ταῖς ὕλικαῖς φαντασίαις τὰς περὶ Θεοῦ. Plutarchus, lib. I *De placitis philosoph.*, c. 7, tradit Anaximandrum voluisse τοὺς ἀστέρας οὐρανίους θεούς, « cælestes esse deos ; » Democritum docuisse νοῦν τὸν Θεὸν ἐμπυροειδῆ τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν, « Deum in ignea specie, mundi animam ; » Stoicos Θεὸν ἀποφαίνεσθαι πῦρ τεχνικὸν ὁδῶν βαδίζον ἐπὶ γένεσιν κόσμου, « Ignem artificiosum via ingredientem ac mundi procreationem ; » Epicurum denique ἀνθρωποειδεῖς πάντα τοὺς θεούς, « omnibus diis humanam formam tribuere, » ut solebant etiam ethnici poetæ.

Ibid. 12. *A lumbis sursum.* Non supra lumbos tantum, ut scriptum erat antea nam et ita Ezechielis VIII, 2, legitur : Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὁμοίωμα ὡς εἶδος ἀνδρὸς ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καὶ ἕως κάτω πῦρ, καὶ ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ὑπεράνω αὐτοῦ, ὡς εἶδος ἡλέκτρον. *Et vidi, et ecce similitudo viri a lumbis eius et usque deorsum ignis, et a lumbis eius, et supra eum, quasi species electri.* Citat eundem prophetæ locum simili occasione S. Joan. Chrysost. lib. III *De incomprehensibili Dei natura*, p. 381 : Καὶ μετὰ ταῦτα πάντα βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι οὔτε ὁ προφήτης οὔτε αἱ δυνάμεις ἐκαῖναι ἀκράτῃ προσέβαλον αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ, φησὶν. Αὕτη ἡ ὄρασις ὁμοιότητος δόξης Κυρίου. « Post hæc cum vellet exprimere nec a propheta, nec a virtutibus illis meram ipsam substantiam percipi, illud addidit : Hæc visio similitudinis gloriæ Domini ; » ubi verba prophetæ profert ut Basilius, ἀπὸ ὀράσεως ὀσφύος καὶ ἕως ἐπάνω. In eundem locum etiam Theodoretus, ὃν ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἐθεάσατο, τοῦτον ὄρα δὶγα τῶν χερουβὶμ. Ποτὲ μὲν γὰρ αὐτῷ φοβεφῶς, ποτὲ δὲ ἡμέρως ἐπιφαίνεται πάντα πρὸς τὴν χρεῖαν οἰκονομῶν. Αὐτοῦ γὰρ φωνή. Ἐγὼ ὄρασεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὁμοιώθην : οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν ὠφθην, διὸ καὶ ὁ προφήτης ὁμοίωμα λέγει ἑωρακέναι. Quem super cherubim contemplatus erat, hunc videt absque cherubim. Interdum enim ipsi formidabilis, interdum mitis apparet, omnia pro utilitate dispensans. Ipsius enim dictum est illud : Ego visiones multiplicavi, et

in manibus prophetarum assimilatus sum ; non secundum essentiam visus sum. Quare propheta quoque similitudinem se dicit vidisse. »

Col. 546 A 7. *Non enim.* Sententiam nonnihil diversam extulerat interp. *Non enim si inquirimus quid sit, sed si illum esse confitemur, salutem nobis præparat.*

Col. 551 A 3. *Novam blasphem.* Ita scripsimus, non ut Trapezuntius, « vanam blasphemiam consolationem excogitans : » temetsi ei suffragabatur Regius II, κενήν τῆς βλασφημίας παραμυθίαν suggerens : at Veneta, Basiliens. et Stephanæa καινήν, « novam, » quæ magis quadat verbo ἐπινοεῖν ; ut postea καινήν τινα τὴν ὁδὸν βλασφημίας ἐπινοῶν ; sed in Stephanæa miram inscitiam Beza suam prodit sic interpretans p. 249 : « Postea ipse sibi opitulatur novum blasphemiam remedium comminiscens, quod antecedentia contendat posterioribus occultare. » Ignorasse videtur quid sit ἐπαγωνίζεσθαι, non « opitulari, » sed « certare, » et ἀποκρύπτειν hic idem valere, quod νικᾶν, ut apud eundem Basilium hom. 9 in *Hexaem.* Αἱ δὲ προγνώσεις τῶν ἀλόγων ζώων τῆς περὶ τὸν ἄερα μεταβολῆς ποίαν οὐχὶ σύνεσιν λογικὴν ἀποκρύπτουσιν ; « Prænotiones autem brutorum animalium mutationis aeris quam humanam intelligentiam et prudentiam non superant ? » Cæterum Joannis XIV, 9, scriptum est, ἐώρακε τὸν Πατέρα, *vidit Patrem* : at Joan. XII, 45 : θεωρεῖ τὸν πέμψεντά με, *videt eum qui misit me* : quæ duo loca miscuit Basilius.

Col. 552 B 9. Ἐν μέσῳ. Mendosam lectionem secutus Cornarius edidit ; « Sic in medio sigillo ejus, qui signavit, figura conspicitur. » Idem error et Venetæ edit. et Stephanææ, a quo se tamen immunem præstitit Beza, « Sic in ipsa quæ sigilli impressione redditur figura, cernitur character qui in illam impressit. » Græce enim illic est ὁ τυπώσας χαρακτήρ, ut legit etiam Trapezuntius, non ut habent reliquæ editiones, ὁ τοῦ τυπώσαντος. Corrigendum igitur ex Regio ms. II. οὕτως ἐν μὲν τῷ ἀποσφραγίσματι Paulo post scripsi, « quæ est in utroque identitatem, » non ut Trapezuntius, « in utroque similitudinem, » non enim ὁμοιότητα dixit, sed ταυτότητα ; identitatem quoque dixit Cornarius, nec abhorruit ab hac dictione ut Beza. « Nobis videlicet eandem utrobique formam comparantibus : » neque dubitavit H. Stephanus, in *Thesouro*, ex Aristotele proferens, *Ethicor.* 6, vocem ταυτότης, addere « quasi diceret *identitas.* » Doctissimus Billius apud Isidorum Polusiotam ita vertit, epist. 142 lib. II, illud : Προσώπων γὰρ ποιότητι καὶ ὑποστάσεων ἰδιότητι διαστέλλοντες, εἰς ἓνα πάλιν συστελοῦμεν Θεὸν διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταύτων. « Siquidem personarum qualitate atque hypostaseon proprietate distinguentes propter essentiae identitatem, eam rursus in unum Deum contrahemus. » Hoc si fecisset interpretes Justiniani Langus, non ita obscure extulisset locum illum *Quæstionum ad Græcos*, pag. 137 edit. Commel : Ἀναιρουμένου τοῦ ἄλλου, καὶ ἄλλου, ἀναιρεθήσεται ἐξ ἀνάγκης τὸ ταῦτὸν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς βουλῆς. « Alio atque alio sublato, tolletur necessario et id

quod idem sit essentialis Dei et voluntatis. » Clarius dixisset, « tolletur necessario identitas essentialis et voluntatis Dei. » Sic in *Expositione fidei*, p. 296 : Τὸ ταῦτόν τῆς οὐσίας ἐπαγγελλόμενοι δείξαι. « Cum nos demonstraturos receperimus unitatem sive identitatem essentialis Trinitatis. » Reperitur et apud Isidorum, lib. iv, epist. 228, vox ταυτότης. Ἴνα ἤ παραδείγματα, καὶ μὴ ταυτότης εἴη. « Ut sint exempla, et non rei identitas evadat. » Bessario demum Nicænus apud Aristotelem, lib. iv, c. 9 *Metaphysicorum* ab hac voce non abstinuit : Ὡστε φανερόν, ὅτι ἡ ταυτότης ἐνότης τις ἐστίν, ἢ πλείονων τοῦ εἶναι, ἢ ὅταν χρῆται ὡς πλείοσιν. « Quare patet, quod identitas unitas quædam essentialis est, aut plurium, aut cum ut pluribus utatur. » Plerionius dixit, « ejus quod idem est rationem, identitatem vocant. »

Col. 553 B 12. Ἐκτείνωμεν. H. ms. ἐκβάλλωμεν. Et mox πρῶτος ὁ δὲ ὕστερος, et ita Trapezunt., « priorem et posteriorem. » Et rursus πρῶτος, ὁ δὲ ὕστερος. Item paulo post ἀναγκαῖον ἐντεῦθεν οἶεται, emendavimus, ex eodem Regio; cum et Veneta et Bas. et Steph. ἀναγκαῖον perperam editum haberent, et interpres nimis concise, « seipsum extrudens, necessariam se putat suorum dogmatum tradidisse doctrinam. » Male etiam Cornarius, quasi legisset διαδοχὴν, non παραδοχὴν, « Necessarium hinc arbitrantur priorum dogmatum successionem ostendere. » Sed quod præcessit, καὶ τὰ ἀκόλουθα λαβὼν ταῖς ὑποθέσει, recte interpretatus est, « cum ea quæ ad constituta argumenta consequuntur assumpserit. » In H. erat τῶν τοιοῦτων δογμάτων, pro τῶν ἰδίων δογμ.

Col. 556 C 2. Τοῖς ἐκ χρόνου. Addidimus ex ms. vocem πρεσβείας, quam et præcedentia repetendam fuisse docent, et interpres se in apographo suo reperisse indicat, cum ait, « et temporis eminentiam. » Idem ms. pro ταχθεῖσα scriptum exhibuit διαταχθεῖσα, « dispositus. »

Col. 557 C 9. Ὅσοις. Quæ sequuntur verba, ἐν ἄλλοις κατὰ τούτων, ex variis lectionibus Regii H. sine causa sunt textui inserta, nec ab interprete agnoscuntur : sed paulo post aptius legebatur in eodem H. τὸ οὖν ἐκεῖνο τὸ διάστημα. Ibid. infra, *Sed videtur*. Hæc immutata sunt, illis ejectis, « Verum ut videtur magna ingenii vidiem acnoetem quasi stellarum motu putat fieri, et has esse partes. »

Col. 559 C 6. *Et scarabei*. Non « papiliones, » ut scripserat Trapez. Nam παρὰ τὸν κάρθωνα deducitur nomen κάρθαρος, quod scarabeus ex asini stercore nascatur, ut κάρθαρος, scarabeus qui frumenta erodit. Post pauca in interpretatione verborum Eunomii hæc sustulimus, « Atqui dicit nec ut qualitas aut moles, aut quantitas in substantia Dei poterit inherere. Liberum enim ab omni compositione Deum esse necesse est. » Sed in verbis Evangelii legebatur ex ms. H, ὁ πέμψας με Πατὴρ μείζων, non ut in excuso ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας, et ita collocantur hæc verba, cum simul junguntur in Evangelio : nam Joannis quidem xiv, 28, tantum hæc habentur, Ὅτι ὁ Πατὴρ μου μείζων μου ἐστί, *Quia Pa-*

*ter meus major me est* : illud autem, ὁ πέμψας με Πατὴρ, ascitum est ex alio Joannis loco, nimirum vel ex Joan. viii, 16 : Ὅτι μόνος οὐκ εἰμι, ἀλλ' ἐγὼ, καὶ ὁ πέμψας με Πατὴρ. *Quia solus non sum, sed ego, et qui misit me Pater* ; vel ex xii, 49 : Ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με Πατὴρ. *Ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater*. Cum igitur hæc ita junxerit Basilius, fidelis interpretis fuit hæc, uti erant in Græcis, Latine convertere, non suppressere, ut suppressit The. Beza duobus locis, p. 260 et p. 263, scribens tantum, *Pater major me est*. Eundem locum adversus Eunomianos et Arianos tractatum offendes lib. iv, et epist. 141 ad Cæsarienses, et apud Athanasium, orat. 2 *adversus Arianos*, p. 181 : Ἀλλὰ μείζων εἶπεν οὐ μεγέθει οὐδὲ χρόνῳ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς γέννησιν. « Major me est non quidem magnitudine aut ætate, sed quia ex illo ortum habet, » et in libro *De humana natura suscepta*, et apud Hilarium lib. ix *De Trinitate*, et in libro *De synodis*, et Greg. Naz. orat. 4 de theologia. Vide etiam Bellarminum card. illustriss., lib. i *De Christo*, cap. 16.

Col. 570 B. *Comparative*. Non, comparisonem majoris, ut ediderat interpres, sed, majus, quod ex comparatione dicitur, et solam diversitatem principii vel originis indicat, quod nimirum essentialiam a Patre habeat Filius, non Pater essentialiam Filii essentialiam majorem.

Ibid. D. *Tale namque*. Ἀπροσπέλαστον non satis expressum erat hoc modo : « Tale namque incomparabile est, ut ab omnibus pariter distet, et nulli sit accessibile. Quare si æqualiter aliis a Patre Filius deest, æqualis illis est, quibuscum deest. » Ἀπολείπεσθαι hic sonat abesse ab aliquo vel ab illo distare. Ib. pro συγκρίνοιτο ms. H. legebatur συγκρίνεται, et μνημονεύσωμεν, pro μνημονεύσομεν. Subinde οὗτος δέ. Recta lectio, et legitima, quam H. Regius codex suppeditat, τῆς ἐκ φύσεως αὐτῷ ὑπαρχούσης, non ut Ven., Basil. et Stephani editiones, τὴν ἐκ φύσεως αὐτῷ ὑπάρχουσαν οἰκειότητα. Solet enim ex regulis grammatices στερεῶ genitivo rei jungi, qua privatur aliquis, ut στερεῖσθαι κεφαλῆς, στερεῖσθαι τῆς πόλεως, *capite vel urbe privari*. Beza non satis expressit illud, ἐκ φύσεως ὑπαρχούσης. « Privat ea ipsa insita necessitudine, quæ ipsi cum parente intercedit. » Ex eodem Regio codice addendum fuit, quod ab excusis aberat, clausula nimirum illa, quam interpres adjecit Latinitate donatam, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἐαυτῷ οὐ γένοιτο λυτρωθῆναι ἡμᾶς χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Tantum illud, ἀνάρχῳ, « principii experte, » vel non legit, vel neglexit interpres.

Col. 573 in titulo : Περὶ Υἱοῦ, *De Filio*. Hic titulus est libri hujus in excusis, at in H. ms. Περὶ Υἱοῦ λόγος δεύτερος, ἀνατροπὴ τοῦ ἀθέου δόγματος τοῦ Εὐνομίου. « Liber ii de Filio, refutatio dogmatum impiii Eunomii. » Subinde : *In scholis vanit*. Διδασκαλείς ματαιότητος, sic interpretatus est Cor-

narius, quod magis placet, quam quod Trapez., « In vanis auditoriis ad meditationem ejus, quod in re falsa verisimile est; » vel quod Beza, paraphastem potius agens, « In ludis, ubi docetur vanitas, adolescentibus proponuntur. » Conservanda fuit locutio Scripturæ similis, Psal. xxv, 4 : Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συναδριου ματαιότητος, *Non sedi cum consilio vanitatis*, ubi vox Hebræa est, quam alibi LXX vertunt ἔργα ἀνόμων, Job xi, 11, *opera impiorum*. Hic quoque impiorum vel profanorum gentilium scholas designat, in quibus sophistarum μελέται, declamationes exercebant juvenes studiis eloquentiæ. Ib. γέγονεν. Ms. H. ἐγγέγονεν, et pag. 239, δικαιότερος. H. et Steph. δικαιότερον. Pad. 238. κατηγορούς μὴ ὑφειστώτας, *accusatores qui non sunt, aut subsistunt*, diximus, non ut interpres, *accusatores non constitutos ad pugnam*.

Col. 576. A. Γέννημα. Non ut in excusis γέννημα, quod vulgata lexica non agnoscunt, sed γέννημα, *quod genitum est*, ut habuit ms. H.

Ibid. B 6. Μεταρρύθμιζοντα legit idem H. ms.

Col. 579 A. *Jonæ filium*. Trapezuntius, « intelligimus Jonam. » Imo filium Jonæ, unde Matthæi xvi, 17, Μακάριος εἶ, Σίμων Βάρ-Ἰωνᾶ, *Beatus es, Simon Bar-Jona*, quod est Joannis 1, 42, Σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς τοῦ Ἰωνᾶ, *Tu es Simon filius Jona*. Itaque hic locus vulgatam lectionem confirmat, non eorum librorum, qui legunt τοῦ Ἰωάννου vel τοῦ Ἰωαννᾶ, ut de quibusdam testatur Hieronymus : confirmat eandem et Syrus interpres, Matth. xvi. Paulo post « in seipsum recepit » scripsimus, non ut Trapezuntius, « commissam sibi ædificationem suscepit, » ne quis Dominicorum operum præfectum vel architectum esse designatum existimet Petrum, vel cum hoc ædificium faciendum locasse; verum super ipsum ædificatam fuisse Ecclesiam : Ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρῃ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, Matth. xvi, 18. Et Basilius ipse in cap. ii Isaiaë, tom. I, pag. 427, Ἐκ τῶν ὀρέων ἦν ὁ Πέτρος, ἐφ' ἧς καὶ πέτρας ἐπηγγελάτο οἰκοδομήσειν αὐτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν. Et in præmio *De judicio Dei* cæteris ait eum apostolis antelatum fuisse, et Homilia *De pœnitentia* petram fuisse ipsum ait, licet inferiorem altera petra Christo.

Col. 586, A 6. *Retinuerunt*. Μετεκόμισαν, « transposuerunt, » vertit Trapezunt., et Cornarius, « translulerunt; » ad verbum, « transvexerunt: » sed quia transferri dicitur ex uno idiomate in aliud, quod per interpretationem exprimitur, et hic Basilius vult ea nomina sine interpretatione, prout sonabant Hebraice, Græcis characteribus fuisse expressa, propterea contenti sumus hoc verbo, « retinuerunt, » et scripsimus, « Eloï, » non « Eloim, » ut erat antea. Licet enim unum ex decem nominibus Dei, quæ profert S. Hieronymus, epist. 136, sit Ἐλὼι « Elohim, » tamen I Reg. 1, 11, scriptum est Ἄδωναι Κύριος Ἐλὼι Σαβάωθ, non Ἐλὼιμ.

Col. 592 B 14. *Sed ante suam*. Contentus fuerat interpres dicere, « sed antequam ipsa esset: » ve-

rum cum in verbis Eunomii, οὐκ οὔσαν πρὸ τῆς ἰδίας συστάσεως, verterit, « cum non esset ante subsistentiam suam, » eadem etiam verba hic fuerunt repetenda. Paulo post immutavimus illud : « melioris ignoratione aut impotentia hunc fuisse defectum ratiocinabuntur. » Hic enim λογίζεσθαι non est ratiocinari, sed in ratiocinio vel extra ratiocinium imputare aliquid, sive acceptum ferre, ut Roman. iv, 3 : Ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, *Reputatum est illi ad justitiam*.

Col. 594 B 3. *Adversarios*. Πρὸς τοὺς αἰτίους ad verbum est, « ad suos auctores, » ut vertit Cornarius, vel ut Beza, « in eorum caput vertatur, qui sunt ejus auctores. » Interpretatus est Trapezuntius quasi legisset πρὸς τοὺς ἐναντίους. Tale illud est Psal. vii, 17 : Ἐπιστρέφει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ. *Convertetur dolor ejus in caput ejus*. Hieronymus, *Revertetur dolor suus in caput ejus, et super verticem ejus iniquitas sua descendet*.

Col. 596 B 3. Ἐκ μὴ ὄντων. H. ms. τοὺς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος: sed receptam lectionem Stephanæa tuetur, et concilium Nicænum in Symbolo : Τοὺς δὲ λέγοντας, Πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο. « Eos autem qui dicunt. Antequam nasceretur non erat, et quia ex iis quæ non sunt, factus est. » Hieronymus *adversus Luciferianos*, « Si quis dixerit de nullis exstantibus Filium, et non de Deo Patre, anathema sit. » Cornarius dixit, « ex non existentibus Unigeniti essentiam producent. » Trapezuntius, « ex non esse dicunt Filium: » at non ait ἐκ τοῦ μὴ εἶναι, sed ἐκ τῶν μὴ ὄντων, quod est, « ex nihilo. »

Col. 598 A 6. *Creaturis ipsum*. Paulo obscurius erat illud interpretis : *in præponendo creaturis gloriam ei attestatur*. In ejus locum substituimus verba Cornarii; Beza vero scripsit : « Gloriam ipsius in eodem testatur, quod iis, quæ ab eo condita sunt, ipsum anteponat. » Verum illud « ab eo, » Græca non agnoscunt. Hieronymus loco proxime citato anathematismum in concilio Ariminensi ab Arianis prolatum sic effert : « Si quis dixerit creaturam Filium Dei, ut sunt cæteræ creaturæ, anathema sit. » Filium creaturam non negabant, sed similem cæteris creaturis.

Ibid. B 6. Γεννήσεως scripsi ex Regio H. pro γενέσεως. Trapezuntius, « generatione: » nam et paulo post Basiliensis habuit, ἐξακουόντων τῆς γεννήσεως. Postremo sub finem pag. ὑπομνήσωμεν, Regius scribebat ὑπομνήσωμεν, Trapezuntius ita legerat « admoneamus. »

Ibid. C 13. *His duabus*. Totam hanc periodum omiserat interpres Trapezuntius : sed ex aliis eam restituimus, quam et Regius agnoscit, ex quo etiam immutavimus in editione Basiliensi et Stephanæa illud, εἴπερ ἔχοι τι ἑαυτῆς ἐξωτέρω. Ms. ἐξώτερον. Trapezuntius ita legerat : « Si quid ante se haberet superius, » Cornarius : « Si quid ultra se haberet, » Beza ad verbum, sed minus recte : « Si quid extra sese haberet; » ferri tamen potest ἐξωτέρω : nam et sequitur τὰ ἐξωτέρω ταύτης.

Col. 600 B Τῷ ἀνυπερβάτῳ. In Basiliensi et aliis erat ἀνυπερθέτῳ : sed Regius H. sic habuit, et Trapezuntius, cum insuperabili hoc principio. » Sic paulo ante dixit, μιᾶς ἀνυπερβάτου καὶ ἐτέρας ἀνεκβάτου.

Ibid. B 5. *In regione Ausitide.* Interpres, « In regione Hus, » atque ita quidem Vulgata Latina Job. 1, 1: « Vir erat in terra Hus nomine Job ; » sed apud Græcos interpretes legimus, Ἄνθρωπος τις ἦν ἐν τῇ χώρῃ Αὐσίτιδι, ᾧ ὄνομα Ἰώβ. *Homo erat in regione Ausitide, cui nomen Job.* Chrysostomus, in Catenâ Nicetæ: Ἄνθρωπον εἶναι φησιν ἐν χώρῃ τῇ Αὐσίτιδι, καὶ τοῦτο μέγα ἐγκώμιον. Τὸ γὰρ ἐν Ἀραβίᾳ οὕτως εἶναι τινα δόκιμον, ἔνθα πάντες διεφθαρμένοι, ἔνθα οὐδὲν ὑπόδειγμα ἦν εὐνομίας, τοῦτο ἦν θαυμαστόν. « Hominem illum in Ausitide regione fuisse dicit, et hoc ingens præconium. Siquidem in Arabia tam probum aliquem reperiri, ubi omnes corrupti erant, ubi nullum exstabat exemplum æquitatis, est admiratione perquam dignum. » Olympiodorus ibidem ab Aus uno ex filiis Esau dictam illam tradit regionem, quam alii in Idumæa, alii in finibus Arabiæ et Idumææ collocant. S. Hieronymus apud Jeremiam etiam cap. xxv, vertit: « Et cunctis regibus terræ Ausitidis ; » et citat ex textu Græco, « Homo quidam erat in regione Ausitidis, quæ Hebraice appellatur Hus ; et tamen sciendum hunc versiculum apud LXX non haberi. » Eodem modo in Vulgata Ramathaim Sophim scriptum est I Reg. 1, 1, sed Græci efferunt, ἐξ Ἀρμαθαίμ Σιφά, « ex Armathaim Sipa. » Ibid. ἄχρονον est « temporis expers, temporis nescium, absque tempore, » non ut interpres, « nullo tempore obnoxium. »

Col. 603 A 15. *Nam a veritate.* Et obscure versa et male interpuncta periodus, mentem auctoris occultabat. « Nam casus a veritate mentis, visus privatio et cæcitas est. » Rursus pro τετόφλωται legisse videtur Trapezuntius, ut erat in H., τετόφωται τῷ ὄντι μηδέν, vel πεφόσεται, « et inflata nihil intelligit, » et paulo post pro « in sensu phrenetico » reposuimus « in mentis per phrenitidem emotione: » ἐν ἐκστάσει φρενιτικῇ, non ἀίσθησει. Alii dicunt « furiosis, cum apud se non sunt. »

Ibid. C 8. *A quæstionibus.* Restitutus est hic locus ex Regio ms. H., cum antea perperam in Veneta et Basiliensi esset ἄ τῶν γραφῶν οὐδέν. Ex quo extulit Cornarius « quæ nihil absunt ab iis scriptis, quæ ad utramque partem scrupulosam opinionem habent. » At in Stephanæa, ἄ τῶν γραπτῶν οὐδέν. Beza vertit, « quæ nihil prorsus ab iis scriptis absunt, quæ in utramvis partem accipere periculosum est. » Trapezuntius scripserat, quæ nil ab insolubilibus desunt, cum ad utramque partem periculum ostendant. » Γρίπος et γρίφος proprie rete vel sagenam sonat, et ad quæstiones conviviales ænigmaticas, atque ad alios sermones ænigmaticos extenditur, atque adeo symbola ipsa Pythagorica Athenæus « griphos » appellat. Pollux lib. vi, c. 19, Τῶν μέντοι συμποτικῶν αἰνίγμα καὶ γρίφος· τὸ μὲν παιδιὰν εἶχεν, ὁ δὲ γρίφος καὶ σπουδὴν, καὶ ὁ μὲν

λύσας, γέρας εἶχε κρεῶν τινα περιφορὰν, ὁ δὲ ἀδυνατήσας, ἄλμης ποτήριον ἐκπιεῖν. « Compotatorum insuper est ænigma et griphus ; et illud quidem jocum, hic vero et solertiam habet : atque hunc quidem qui solvebat, carniū aliquod ferculum accipiebat in præmium ; qui non poterat, salsuginis poculum ebibebat. » Addit scholiastes exemplum supeditare Samsonis historiam, qui in nuptiis suis proposuit quæstionem de generatione apum. Athenæus lib. x, pag. 457 : Τῶν γρίφων ἡ ζήτησις οὐκ ἀλλοτρία φιλοσοφίας ἐστὶ, καὶ οἱ παλαιοὶ τὴν τῆς παιδείας ἀπόδειξιν ἐν τούτοις ἐποιοῦντο. « Griphorum perscrutatio aliena non est a philosophia, itaque eruditionis specimen veteres in his statuerunt. » Proferuntur exempla ibidem et pag. 418, ex veterum Comicorum fragmentis. Paulo post immutavimus illud « intellectio- nis natura motibus mentis sine tempore constituta. »

Col. 606 C. *Respondeamus.* Mendum sustulimus editionis Basiliens., in qua legebatur ἀποκλινόμεθα, in Neneta vero ἀποκρινόμεθα, « respondemus: » idem Stephanæa et Cornarius, sed H. ms. ut edidimus. Trapezuntius videtur expressisse ἀποκρινόμεθα: « Respondebimus ergo, imo quoniam non est, erat, non innascibile habens, quod est : ens vero semper et coexistens. »

Col. 607 B 4. *Quoque rationem.* Addidimus ex ms. H. et ἐννοια, quam Trapezuntius « sententiam » verterat, et Cornarius « notionem, » quod Venetam fortasse nactus esset editionem. Stephanæa item ἐννοιαν vertit « cogitationem. » Ex eodem ms. scripsimus ἐπιζητῶν, pro ὑποζητῶν, et locum ab interprete mutilatum pristinae integritati restituimus: tantum enim scripserat: « Sed cur amentibus contradicendum est? vel si ad aliquid eorum quæ sunt. » Similis locus præcessit.

Col. 610 C 8. *Unxisti.* Στήλην Latine expresserat interpres « lapidem, » nec aliter Beza, qui vel ex symmysta suo Henr. Stephano discere potuit non quemvis lapidem esse στήλην, sed lapidem titularem, vel signi gratia erectum, vel certe columnam, unde apud historicos Ἡράκλειοι στήλαι sunt columnæ Herculis, et στήλην ἀναγράφειν Budæo est in cippo proscribere. Vaticana « titulum » vertit: pro cippo enim sumitur, in quo vel sepulcrorum inscriptiones, vel fœderum testimonia et monumenta perscribebantur. Cornarius recte, et ita rescribendum hoc loco, « qui apparui tibi in loco ubi unxisti mihi columnam. » Nec ita multo post τοῖς οὔσι, καὶ πιστοῖς. Admonendus est lector nunc, Ephesior. 1, 1, apud Apostolum legi, Τοῖς ἀγίοις τοῖς οὔσιν ἐν Ἐφέσω, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ. Sanctis qui sunt Ephesi et fidelibus in Christo. Alium fortasse nactus est codicem Basilius, a quo aberant illa ἐν Ἐφέσω. quemadmodum et auctor Vulgatæ vertit ibidem « omnibus sanctis, » quod in Græco fortasse legisset πᾶσι τοῖς ἀγίοις: quamobrem miror equidem audaciam, vel potius impudentiam Bezæ, qui meram et inanem argutiam esse dicit, quæ a sanctissimo Patre hoc loco proferuntur. Sed nimirum ita majores

suos tradidisse addidit Ecclesiæ doctor Basilius, et ita se in vetustis exemplaribus comperisse : quocirca mirari desino istos τῶν παραδόσεων, traditionum hostes, et novarum religionum architectos inanes argutias accepta a Patribus dogmata nuncupare.

Col. 615 C 6. *Qui commodius.* Ita maluimus cum Cornario vertere, quam cum Trapezuntio, « qui melius Hebraicam linguam tenuerunt, » aut eum Beza, « Hebraicarum vocum significationem adeptos. » Designat enim Aquilam Ponticum, cui tribuit hanc laudem S. Hieronymus, quod verborum proprietatem maxime expresserit, ut epist. 104 ad Marcellam, « Aquila, autem proselytus et contentiosus interpres, qui non solum verba, sed etymologias quoque verborum transferre conatus est. » Et epist. 139 : « Aquila, qui verborum Hebræorum diligentissimus explicator est. » Et in XLIX Isaïæ, vers. 6 : « De Aquila non miror, quod homo eruditissimus linguæ Hebrææ, et verbum, de verbo exprimens. » Hunc autem locum Proverbiorum VIII, 22, ita vertisse Aquilam, ut scripserit ἐκτήσατο, *possedit*, ubi LXX dixerunt ἔκτισε, docet Epiphanius hæresi 69, p. 320 : Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν οὐχ οὕτως ἔχει, ὅθεν Ἀκύλας λέγει· Κύριος ἐκτήσατό με. Ἄει δὲ οἱ γεννῶντες παῖδας λέγουσιν, Ἐκτησάμην υἱόν. « Hebræum autem non sic habet, unde Aquila dicit, *Dominus possedit me* : semper autem hi, qui filios generant, dicunt, *Possedi vel adeptus sum filium.* » Intelligit Evam potissimum, cujus hæc sunt verba, Genes. IV, 1, *Possedi hominem per Deum*, post nativitatem Cain prolata, quæque Basilius ipse in fine paginæ hujus affert, ubi est verbum וָנָר quod in eodem Proverbiorum loco usurpatur, et quod, ut notat Hieronymus in cap. IV Michææ, significat, *possedit*, vel *habuit*. Tractat hunc eundem locum Gregorius Nyssenus lib. I *adversus Eunomium*, pag. 34 edit. Morelli, apud quem fortassis emendandum ἐκτήσατο, pro ἐκτίσατο, licet in Regio quoque H. ita scriptum sit apud Basilium.

Col. 618 B 11. *Quamvis nec ab ipsis.* Ms. H. verbum repetebat, quod adjecimus, οὐδὲ τοῦτο τὸ συνέφασθαι, « quamvis ne hoc quidem, aliquid contulisse, » vel « operam suam adhibuisse Filium ab ipsis concedatur. » Item illud quod sequitur, sic effert idem ms. codex, ὑπουργὸν γὰρ αὐτὸν τέλειον ἐνομάζουσι, « siquidem perfectum eum ministrum vocant. » Paulo post immutavimus illud interpretis, *Ipse dixit, et facta sunt*, quod et Regius ms. et Basiliensis præ se ferrent ἐγενήθησαν at Stephani editio convenit cum Psalmorum textu, καὶ ἐγενήθησαν, itaque scribendum, ut est psalmo XXXII, 9 : *Ipse dixit, et facta sunt.* Postremo correximus θελήματι μόνῳ, « sola voluntate creat, » pro θελήματι μόνον, ex eodem ms. H.

Col. 622 C. *Non enim conveniebat.* Hæc ut dilucidiora essent, a nobis ita mutata sunt, expunctis illis, « Cum non oporteat minus impassibilitatem Dei credere. » Sed et inspecto rursus Regio codice

A concinnius legi comperi ἀναλλοίωτον οὐσίαν παρατιθέναι, « non credere, neque cum fluxa natura, et innumeris obnoxia mutationibus, immutabilem et invariabilem comparare. »

Col. 624 A 2. βώλους δρόσου, *glebas roris*, legimus in editione Stephani, nec aliter in ms. suo Trapezuntius, eaque lectio confirmatur editionis Romanæ auctoritate apud LXX, et Olympiodori in Catena Nicetæ, qui βώλους δρόσου exponit τουτέστι, τὰς συστάσεις, « hoc est, concretiones : » at Basiliensis editio Basili βόλους δρόσου habuit, quemadmodum et Regius H., unde Cornarius vertit, « guttas roris, » atque huic lectioni suffragantur Biblia Plantiniana ex Complutensibus expressa, et Basiliensia, licet in his perperam versum sit, « jactus roris. » Vulgata Lexica βόλους δρόσου exponunt apud Nazianzenum « stillas roris, » ut admonet auctor *Græci Thesauri*, qui locus est oratione 34, quæ est secunda de Theologia, p. 557, ubi hic ipse Jobi versus in medium affertur, licet doctissimus interpres βώλους legisse videatur, cum « glebas roris » vertit; denique Vulgata Latina favet, « vel quis genuit stillas roris? » Cæterum his verbis abusus fuisse quondam Arianos adversus Catholicos Consubstantialis defensores constat ex Commentario Origeni tributo in Job, ubi hæc recitari jubet apud Homousias, sed hæc tamen vocabula « uteri » et « partus » recte admonet in Filio non communicationem et interitum, sed potestatem significare generationemque puram et mundam; et ex Severo in eadem Catena: Ἐτέρως γὰρ τις ὑετοῦ πατέρα Θεὸν ἀκούει, καὶ ἐτέρως Υἱὸν, καὶ τούτου Μονογενοῦς, ὅπερ διορίζει τὸν μονοτρόπως γεννηθέντα ἐκ Πατρὸς, καὶ οὐχ αἱ ὁμοιουμῆαι παντὸς τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων συνάπτουσι, καθὼς ὀνομάζονται. « Aliter enim Deum pluriæ patrem esse audimus, aliter Filii, et hujus quidem Unigeniti, id quod Filium a Patre singulari quodam modo generatum esse declarat, neque rerum omnium, quæ nomini-bus copulantur, eadem solet esse natura. »

Col. 627 A 12. *Quæ rationi.* Interpres ediderat, « quæ cogitando verisimilia putant, prædicationem Spiritus incredibilem dicunt : » in quorum locum substituta est interpretatio Cornarii, qui ἀπειθοῦσι vertit « fidem non adhibent : » nam et Budæus, Ephes. 5, 6, υἱὸς τῆς ἀπειθείας interpretatur *filios diffidentiae*, vel *incredulitatis*, prout habet Vulgata Latina, licet Beza malit « homines contumaces, » et tamen ἀπειθεῖν pro « diffidere » et « fidem non habere » præsertim in ecclesiasticis scriptis sumi H. Stephanus agnoscit. Potest autem hoc loco apud Basilium verti cum eodem Beza, « quod iis quæ ratione liquent, obsecuti præconio Spiritus sancti immorigeros se præbent. » Nam et ait Apostolus de quibusdam, Roman. II, 8 : Καὶ ἀπειθοῦσι τῇ ἀληθείᾳ, ubi Vulgata, *Qui non acquiescunt veritati.* et ad Galatas, III, 1, Τίς ὑμᾶς ἐβάσκηνε ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; *Quis vos fascinavit veritati non obedire?* Locus Isaïæ est cap. V, 21 : Οὐαὶ οἱ συνε-

τοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες. *Hæ qui sunt arguti in semetipsis, et coram semetipsis scientes.* Beza perperam hæc apud Basilium in secunda persona effert, « Væ vobis, qui apud vos sapitis. » Dicendum enim fuisset ἐνώπιον ὑμῶν, non ἐνώπιον αὐτῶν. Paulo post Regius codex in-se-rebat ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ παρόντος λόγου, « in principio libri hujus, » sed hæc olent glossema, quod for-tassis ex margine in textum irrepsit.

Col. 634 B 4. *Quare sicut.* In ms. H. scriptum fuit τοῦ φωτὸς μεταδόσεις, quo pacto legisse videtur et Trapezuntius, cum sic interpretaretur : « Quare sicut nunquam qui natus est, innascibilitatis erit particeps, sic nunquam ipsi de luce trades : et ita secundum te Unigeniti substantia æqualiter ab ingenito et a luce distabit. » At Joannes omiserat illud, νοεῖσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι : alioqui ferri posset etiam hæc lectio, μεταδώσεις : « Igitur sicuti nunquam is qui genitus est, innascibilitatis particeps erit, sic nunquam illi lucem imperties ? » Hoc est : « nunquam eum præditum esse luce concedes ? »

Ibid. D 2. *Quibus ipse.* Hæc est lectio Basiliensis editionis : at interpres in apographum incidisse videtur, quod cum codice Regio conspirabat : Οὗτος ἐν πανουργίᾳ δολῶν τὸν λόγον περιεκαλυμμένος τό. « Quibus ipse per dolosam versutiam malitiose suo velamine orationem occultans. » Δολοῦν λόγον dixit, ut Lucianus δολοῦν τὸν οἶνον, « vinum adulterare : » vel potius ex ipso Apostolo didicit, II Corinth. iv, 2 : Μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ, μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. « Non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei. » Chrysostomus exponit, τοιοῦτοι ὄντες, οἷοι φαινόμεθα, καὶ οὐδὲν ἔχοντες συνεσκιασμένον, καὶ οὐκ ἐν τῷ βίῳ μόνον τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ κηρύγματι : « Qui tales sumus, quales videmur : nec quidquam non modo in vita nostra ac moribus, sed nec in ipsa verbi divini prædicatione tectum atque adumbratum habentes. » Postremo notandum in editione Stephani mutilam esse hanc sententiam ; tantum enim est, ἐν πανουργίᾳ τῶν λόγων ἀποκρυψάμενος.

Col. 638 C 11. *Sed evidentia.* Quam addideramus in margine emendationem, in textum non admisit typographus : sic enim est in H., τῇ ἐνεργείᾳ δὲ τῶν γνωρισμάτων, « evidentia indiciorum. » Est enim ea propria laus indiciorum, ut manifesta sint et clara. Verior itaque hæc lectio, quam illa Basiliensis et Stephanæ edit. p. 443, ex qua Beza, « mentibus nostris notionum efficacitate illata. » Sed et videtur ἐνεργείᾳ potius legisse in manuscripto Trapezuntius, qui scripserat, « declaratione autem notionum. »

Col. 639 A 6. *Quæ vocibus.* His maluimus Cornarii verbis uti, quam illis Trapezuntii, « significationes harum vocum differre. » Similis apud Nysenum locutio, lib. III *contra Eunomium*, p. 127 : Οὐδὲν διὰ τῆς συναφείας τῶν ὀνομάτων εἰς τὴν τῶν σημαινομένων σύγχυσιν ὑπαγόμεθα : « Per compagem nominum ad significatorum confusionem non

A inducimur. » Quod autem idem Cornarius addit in margine, Job xxxviii, suspicatus videtur alludere Basilium ad illud Job xxxviii, 19, *In qua via lux habitat, et tenebrarum quis locus sit ;* quorum loco apud LXX scriptum est, *Ἡμεῖς δὲ γῆ ἀλλύζεται τὸ φῶς, Quali autem in terra diversatur lux ;* cum eo spectaret potius auctor, I Timoth. vi, 16, *Ὁ μόνος ἔχων ἀθανασία, φῶς οὐκ ἔχων ἀπρόσιτον, Qui solus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem ;* et psalmo ciii, 2, *ἀναβάλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον, amictus lumine sicut vestimento.* Quamobrem satis mirari non possum inscitiam vel certe oscitantiam Bezae, qui tam insolenter auctorem Vulgatæ Latinæ imperitiæ accusat, et hic ἀναβάλλεσθαι φῶς vertit « et lucem emittere, » cum sequatur, ubi περὶ ἀγεννησίας verba fiunt, οὐδὲ ἔξωθεν ἐκ τῷ περιχειμένῳ ἔχειν : « extrinsecus circumvolutam, » quod respondet ei, quod de luce dictum est, « ea Deum amictum esse, non illam emittere. »

Col. 642 B. *Priorem repello.* Emendandum censeo locum ex fide codicis H., τὴν πρὸς ἕτερον σύγκρισιν, « comparisonem cum altero : » videtur enim comparisonem non cum Filio solum, sed cum quovis altero rejicere, unde pagina sequenti Basilius dixit : Οὐχ ἐκούσιον ἔχουσα ἀσύγκριτον, « non liberum habere, ut nulli possit comparari, » et paulo post ipse Eunomius iterum : Οὐτε τὴν πρὸς ἕτερον σύγκρισιν ἐπιδέχεται : « Nec comparisonem cum altero admittit. » Idem error in editione Steph. corrigendus p. 346.

Col. 643 C. *Unigenito.* Τὸ γεννητόν dixit, non τὸν γεννητόν, ut perperam vertat Beza, « et eum quem genuit, a sui communicatione inconsulto repellat, » et altero lapsu omisit vocem τοῦ Μονογενοῦς. Sed Trapezuntius quoque emendandus hic fuit ; scripserat enim : « Ipsi quoque Unigenito appropinquare non possit. Ac inconsonum quidem in iis quæ ab ipso dicuntur, tantum est. » Ἀπροσπέλαστος est, et ἀπρόσιτος, is ad quem accedere nemo potest, non is, qui ad alios non potest accedere.

Col. 646 A 11. *Quare his qui.* Locus est in Græco mutilus, nec ad eum sanandum satis adjuvat Regius ms. in quo lego, ὡς γε τούτοις ἀντιλέγειν οὐκ ἔχουσιν, ἢ πολλοῦ ἂν τιμησαίμεν. Trapezuntius ediderat, similem fortasse nactus lectionem, « Quare his contradicere non possunt, quamvis multi facerem. Basiliensis editio et Stephan. addunt παρέλκον ἂν εἶη, sed loco suo movent illud οὐδὲν ἔχουσιν. Beza vertit : « Itaque istis qui nihil habent, quod respondeant, supervacaneum fuerit contradicere. » Ita legendum Græce hic esset, ὥστε τούτοις ἀποκρίνασθαι οὐκ ἔχουσιν, παρέλκον ἂν εἶη ἀντιλέγειν.

Col. 650 A 9. *Dominum priorum.* Προέλαβε præ se ferebant editiones duæ Basiliensis et Steph. ad quas interpretatio accommodata est. Ita Cornarius : « Non enim profecto quia Dominum hac blasphemia præoccupavit. » At manuscriptus, quo Trapezuntius est usus, cum Regio consentit : προσέλαβε τῇ

βλασφημία. « Dominum quoque ad hanc blasphemiam conjunxit. » Veruntamen creaturam Dominum non dixit primus Eunomius, sed ante ipsum Arius; Spiritum sanctum creaturam primus Eunomius dixit, ut Basilius hic contendit, neque in aliis hæreticorum libris hæc fuerat inventa blasphemia. Male quippe verterat paulo post Trapezunt, ἢ ἐν τοῖς καταληφθεῖσιν, « nisi quod in superstitionibus istorum sermonibus hanc appellationem invenimus. » De blasphemia in Spiritum sanctum non remittenda, vide Matth. xii, 32.

Col. 651 A. *Unius Montani*. Trapezuntius ediderat: « Montanus solus tantum in Spiritum insanivit, et nominibus vituperavit humilibus, ac naturam ipsius tantum extenuavit, ut diceret infamiam afferre factori. » Beza etiam pejus hoc ultimum vertit: « Ut etiam infamiam factori suo dicatur affricuisse: » quasi hoc vellet Basilius, Montanum dici infamiam affricuisse creatori. Epiphanius tamen, hæresi 48, Phrygastas sive Montanistas ait, qui se Montanum quemdam prophetam habere jactabant, de Patre et Filio ac Spiritu sancto similiter sensisse velut sancta catholica sentit Ecclesia, περὶ δὲ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ὁμοίως φρονούσι τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Ex Arianis quidam dixerunt Spiritum sanctum non esse Patri et Filio consubstantialem, imo esse Filio minorem; sed de Filio potissimum adversus illos actum est, de Spiritu sancto in concilio œcumenico Constantino-politano, cujus sectatores Pneumatomachi, sive Spiritus impugnatores, appellati sunt. Philastrius, cap. 21, Eunomianos tradit asseruisse Patrem quidem fecisse Filium, et iterum Filium, qui sit creatura, fecisse Spiritum: quod refutans Basilius hoc loco subjicit, ἐκεῖνο δὲ τίνι τῶν πάντων ἄδηλον; « Illud vero cui non patet, quod nulla Filii operatio a Patre divisa est? » In quem locum annotarat interpret in margine, hic probari Spiritum sanctum ab utroque procedere. Nam ut ait illustrissimus cardinalis Bellarminus, lib. ii, cap. 25, *De Christo*, certe Basilius probans non solum Filium esse causam Spiritus, sed etiam Patrem, quia omnia quæ habet Filius habet Pater, simul docet, imo pro comperto assumit Spiritus causam, ut Græci loquuntur, esse Filium.

Col. 654 B 4. *Conservare doct.* Emendavimus ex Π. φυλάσσειν διδασκαλίαν, et ἀποσιωπᾶ, cum antea legeretur φυλάσσειν et σιωπᾶ. Sequitur paulo post locus celeberrimus et in tribus concilii Florentini sessionibus 18, 19 et 20 diligenter excussus, cum inter Latinæ et Græcæ Ecclesiæ legatos de processione Spiritus sancti disputaretur. Ac Regius quidem codex cum eo consentit, quo usus est interpret, et cum editione Basiliensi, legiturque: Ἀξιωματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος: at Joannes Latinæ Ecclesiæ nomine protulit ex vetustissimo codice Basilii Constantinopoli a Nicolao Cusano delato, qui ante sexcentos annos videretur exaratus, testimonium istud ex hoc tertio

A libro *adversus Eunomium*: Ἀξιωματι γὰρ δευτεροῦ τοῦ Υἱοῦ ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ ἐξ αὐτοῦ λαμβάνον καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως τῆς αἰτίας ταύτης ἐξηγημένον ὁ τῆς εὐσεβείας παραδίδωσι λόγος: φύσει δὲ χρῆσθαι τρίτῃ, οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων διδασκόμεθα, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων δυνάμεθα συλλογίσασθαι κατὰ τὴν ἀκολουθίαν. « Dignitate enim secundum esse a Filio, cum ab ipso esse suum habeat, et ab ipso accipiat, et annuntiet nobis, et omnino ab illa causa dependeat, sermo pietatis tradit: natura vero tertiam uti, neque a sanctis edocemur, neque ex dictis ut consequens colligere possumus. » In quem autem finem prolatus sit locus, exponit præsertim sessione 19, p. 449 edit. Romanæ, idem Joannes: « Volo necessaria demonstratione probare, cum aliquid ex aliquo dicimus, intelligi ex persona, idque demonstro per dictum Basilii, cum ait Spiritum habere suum esse ex Filio, et ab eo dependere tanquam ex causa. Si igitur accipere est habere esse, Spiritus sanctus habet esse, et accipit ex Filio, et ab eo dependet ut ex causa: ergo sequitur, ut si Spiritus sanctus accipit ex Filio, procedat etiam ex ipso. » Opponebat Marcus Ephesius, qui pro Græcis disputabat, additamentum illud a Latinis insertum videri: sed respondit Joannes tam antiquum illum esse librum, ut nullam corruptelæ suspicionem injiciat, cum multos ante annos, quam schisma hoc oriretur ac dissidium Ecclesiarum, exaratus appareret, nec ulla in eo rasura vel depravatio vel manus adjectio deprehenderetur. Addit illustrissimus cardinalis Bellarminus, lib. ii *De Christo*, c. 25, additamentum illud codicis Latinorum esse debere in textu vel certe sensum illorum: « Dicit enim Basilius Spiritum esse secundum a Filio ordine et dignitate, non tamen natura: et probat, quia sicut Filius est secundus a Patre, quia ab illo habet esse, ita quoque Spiritus est secundus a Filio: ubi si non addatur, vel subintelligatur, quod est in nostris codicibus, videlicet Spiritum habere esse a Filio, sicut Filius habet esse a Patre, ratio Basilii nihil concludet, nec ullo modo probari poterit Spiritum sanctum esse secundum a Filio, ut Filius est secundus a Patre. »

Col. 655 A 3. *Sermo fortasse*. Ut interpretatio cum Græco textu conveniret Basiliensis editionis, additum est « fortasse, » et infra: « ut illud concedamus; » sed lectorem tamen admonemus utrumque abfuisse ab interpretatione Trapez., ac proinde, ut verisimile est, a codice ms: quo ille usus est, cum ante primam Basiliensem editionem hos libros verterit: deinde abfuisse quoque a Regio codice illud, ἴσως, licet non absit alterum illud, ἵνα καὶ ὅλως συγχωρήσωμεν: denique in eo legebatur, non εἰ καὶ ὑποβέβηκε, sed εἰ καὶ ὑποβεβηκός, neque καὶ τὸ ἀκόλουθον ἐκεῖθεν, sed φύσει ἀκολουθοίη, ἐκεῖθεν δῆλον. Observandum est præterea, in concilio Florentino ex libris Græcorum ita citari hunc locum p. 473, ut non πρόσδος, sed πρόσδος καὶ προσαγωγή legatur, hoc est, « aditus accessus-



que. » Item post συγχωρήσωμεν, non οὐκέτ' ἂν εἰ-  
κότως ὡς ἀλλοτρίως ὑπάρχον φύσεως, sed potius οὐχ  
ὁμῶς ἔπεται καὶ ἀλλοτρίως εἶναι φύσεως: « non ta-  
men sequitur alienæ esse naturæ. » Qua varietate  
lectionum animadversa merito contendisse arbitra-  
bimur Joannem Provincalem in concilio Florentino  
particulam hanc, ἴσως, « fortasse, » quæ in libris  
Græcorum additur, itemque illud ἵνα καὶ ὅλως  
συγχωρήσωμεν, magnam Basilio notam inurere.  
Vult enim in hoc capite Basilius consequentiam re-  
fellere, qua utebatur Eunomius hoc modo: Etsi ter-  
tius est dignitate, non sequi tamen ut natura quo-  
que sit tertius Spiritus sanctus. Si ergo ita diceret,  
« tradit fortasse pietatis sermo, » mirum videretur,  
ipsum de eo dubitare, quod asseverare deberet ad  
confutandum Eunomium: nam per notiora debe-  
mus ea quæ minus sunt nota ostendere. Addit  
etiam eundem in homilia *De spiritu sancto* asse-  
rere: Φανερώς καὶ ἀποκεκαλυμμένως τὸ Πνεῦμα  
λαμβάνει παρὰ τοῦ Υἱοῦ χωρὶς τινος ἀμφιβολίας:  
« Manifeste propalamque Spiritum sanctum a Filio  
accipere citra ullam hæsitacionem. » Tum ex aliis  
auctoris nostri locis ex hoc opere contra Eunomium  
desumptis hoc fidei dogma probat, quæ subinde  
cum occurrent indicabimus.

Col. 658 A. *Castrametab.* Trapezuntius scripse-  
rat, *Castrametatur*, ut in præsentī extulit Hierony-  
mus ex Hebræo, *Circumdat angelus Domini in gyro  
timentes eum*, quasi esset Græce παρεμβάλλει: at  
editio Veneta omnium prima, et Basiliensis poste-  
rior Basili habent, ut LXX, Psal. xxxiii, 8 παρ-  
εμβαλεῖ Κύριος, *castrametabitur*, Beza vero perpe-  
ram, *Castra metatus est*.

Ibid. A 10. *Angelorum.* Apud LXX legimus, κατὰ  
ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, *juxta numerum angelorum  
Dei*, et ita Novatianus, lib. *De trinitate*, et Rufinus,  
libro *De Symbolo*, et Hieronymus, lib. II in *Mi-  
chæam*; Origenes quoque, homilia 28 in *Numeros*,  
« *Filiorum Dei*, vel, ut in aliis exemplaribus legi-  
mus, *filiorum Israel*: » quam ob causam suspi-  
cantur quidam in quibusdam exemplaribus LXX  
interpretum ita scriptum fuisse, ut ex Hebræo Vul-  
gata Latina, *filiorum Israel*, nisi forte aliorum  
exemplarium nomine ea Biblia intellexit Origenes,  
quæ communem Græcam editionem et mistam con-  
tinebant ex aliis interpretibus, cum constet Aquilam  
et Symmachum Græce edidisse ἀριθμὸν ὁμῶν  
Ἰσραήλ. Beza quoque hic satis attentus non fuit,  
nec vidit κατὰ ἀριθμὸν, scriptum fuisse, non καὶ  
ἀριθμὸν, vertit enim, *et numerum angelorum*. Potuit  
tamen, si attentior fuisset, illud etiam animadver-  
tere, hic confirmari dogma, quod cogente veritate  
confessus est scribens in cap. xviii Matth. 10, an-  
gelos hominibus peculiariter adhiberi custodes a  
Deo adversus Satanam et impuros spiritus, ut ex  
pluribus Veteris præsertim Testamenti testimoniis  
liquet: tametsi Calvinus hoc ut profanum et falsum  
commentum irridet, scribens in xv Actorum et in  
psalmum xc, et in dubium revocat lib. I *Institut.*,

A c. 14, et in Matth. xviii, 10, in *Harmonia Evangelii*.  
Confirmat hoc ipsum Severus Catena Græca in Can-  
tica Scripturæ: Πᾶσι τοῖς ἔθνεσι διαμερισθεῖσιν ἰσαρί-  
θμους ἀγγέλους ἐπέστησεν, ἐκάστην πρὸς φυλακὴν  
ἀφορίσας ἓνα τινά. Καὶ γὰρ εἶναι αὐτοὺς πνεύματα  
λειτουργικὰ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς  
μέλλοντας κληρονομίαν σωτηρίας, πάλιν παρὰ τῶν  
θεοπνεύστων Γραμμάτων ἀκούομεν: ἐπεὶ καὶ ἐκάστη  
δεδοσθαι πρὸς φυλακὴν ἄγγελον ἢ τῶν Εὐαγγελίων  
πιστοῦται φωνή: « Omnibus gentibus divisim ange-  
los secundum eundem numerum præfecit, attri-  
buens aliquem unicuique ad custodiam. Etenim  
esse ipsos spiritus ministros in ministerium missos  
propter eos qui hæreditatem salutis accepturi sunt,  
a Scripturis divinitus inspiratis audimus: quoniam  
etiam cuilibet angelum ad custodiam datum fuisse  
Evangeliorum vox testatur. »

Ibid. 12. *Restitit mihi.* Ad verbum fuisset, *stetit  
ex adverso mihi*, et paulo post, καὶ αὐτὸν κατέλειπον,  
*et ipsum reliqui cum principe regis* (vel *regni*, ut in  
aliis libris legitur, βασιλείας) *Persarum*. Trape-  
zuntius Vulgatæ Latinæ verba usurpavit, quod ne-  
cesse non fuit, cum prophetarum textus secun-  
dum LXX convertendus esset e Græco, seu potius  
ex S. Hieronymi commentario Italæ versionis textus  
consulendus, quod fecit Flaminius Nobilius, cum  
Romanam editionem adornaret. In Regio tamen II.  
tantum erat μετὰ τοῦ ἄρχοντος Περσῶν, et in Vul-  
gata *juxta regem Persarum*.

Col. 659 B. *Ex attentione.* Immutavimus illa in-  
terpretis, « quæ ad obtemperandum, et diligenter,  
quæ commissa sunt, curandum, sanctificatæ sunt. »  
Προσοχὴ enim aliud sonat, aliud ὑπακοή: Beza  
vero, qui Trapezuntii versionem emendare inutilis  
esse laboris dixit, longius a mente auctoris discessit  
scribens. « Spiritus ex eo quod Deo astant, et ex  
functionis suæ ratione præditos merito non dixeris  
natura sanctos esse. » Homines quippe novæ reli-  
gionis præcones, qui negant incrementum gratiæ et  
sanctificationem mereri nos posse, sententiam Pa-  
trum non capiunt, cum sanctificari creaturas studio  
et attentione acquisita sanctitate concedunt, cujus-  
modi est ille nostri hujus auctoris quæst. 53 *Re-  
gular. brevior.*: Ἁγιασμὸς δὲ ἐστὶ τὸ ἀνακεῖσθαι τῷ  
ἀγίῳ Θεῷ ἐξ ὁλοκλήρου καὶ ἀδιαστάτως ἐν παντί  
καιρῷ διὰ φροντίδος καὶ σπουδῆς τῶν αὐτῷ ἀρεσκόν-  
των. Propterea pagina quoque sequenti ἁγιασμὸν,  
ἔθλον προκοπῆς καὶ εὐαρεστήσεως esse dicit, quod  
interpret verterat, « ita comparata est, ut virtutis  
et divinæ dilectionis præmium sanctificatione ha-  
beat. »

Ibid. C. *Quibus autem.* Interpretare clarius, « Qui-  
bus autem adventitia et aliunde contributa inest bo-  
nitas, ea mutabilis sunt naturæ. Neque enim Lucif-  
fer cecidisset, qui mane oriebatur, neque in terra, »  
etc. Isa. xiv, 12.

Ibid. D 5. *Quo pacto tertix.* Sic emendatum  
a nobis est ex Regio H. in Græco textu, cum in  
Basiliensi legeretur πῶς τρίτον; et in Stephanæa

quoque, ac Beza pejus interpretatus esset, « quomodo tertium est? » Existimavit corrigendum πῶς τρίτον; quod et Veneta editio præ se fert, sed ita vertendum erat, « quomodo tertius est? » nimirum Spiritus sanctus. Major oscitantia fuit ejus, nec tamen ab Herodoti patrono animadversa, cum sequentem Jeremiæ locum interpretaretur, *Christus Dominus sub cujus umbrarum ala vivimus*: nam et omisit illud οὐ εἴπαμεν, et ordinem invertit verborum, ita dicens pro « sub umbra alarum. » Quidam apud Jeremiam, Thren. iv, 20: Οὐ εἴπαμεν, Ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερόγων αὐτοῦ ζήσόμεθα, sic Latine convertunt: *Cui diximus, Sub umbra alarum ejus vivemus*. Sed scribendum potius fuisset ut est in Vulgata, *Cui diximus, In umbra tua vivemus*. In editione Romana rectius, *De quo diximus, In umbra ejus vivemus*. Sed Hebraismus est in verbis LXX, in quo pronomen ejus παρέλκει, sicut psalm. cxliii, 45: *Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus*. Itaque Latina locutione, amoto Hebraismo, dicendum esset, *Cujus diximus nos sub umbra alarum esse victuros*. Sic Ambrosius, in psalmum cxviii, *Sub cujus umbra, diximus, vivemus*. Sed vox πτερόγων abest ab Jeremiæ textu, ascita ab auctore, cum ejus fortasse menti observaretur illud psalmi lvi, 2: Καὶ ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερόγων σου ἐλπιδῶ, *Et in umbra alarum tuarum sperabo*; hoc est, in tegmine, sub protectione, ut in psal. xvi, 8, Ἐν σκέπη τῶν πτερόγων σκεπάσεις με, *In tegmine alarum tuarum proteges me*. Vulgata, *Sub umbra alarum tuarum*. Et Isaïæ xlix, 2, *In umbra manus suæ protexit me*: Ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς χειρὸς αὐτοῦ. *Sub protectione manus suæ*. Cæterum hunc locum passim de Christo Salvatore intelligunt Patres, ut Irenæus, lib. iii *adversus Hæreses*, cap. 11; Tertullianus iii *in Marcion.*, cap. 6; Eusebius Cæsar., *De demonstr Evangel.* iv, cap. 24; Gregorius Nyss., *Contra Judæos*, et Ambros., vii *in Lucam*, cap. 16.

Col. 663 B 10. *Hæc dicit Spir.* Annotandus fuit locus Actor. apostol. cap. xxi, 11, ne quis forte, qui in versionem Bezæ inciderit, cæcum ducem secutus erret; cujus subtilitas hic frustra fuit. Cum enim se legisse non meminisset in Actis Agabum hæc verba protulisse prophetando, *Hæc dicit Spiritus sanctus: Virum cujus est zona hæc, etc.*, ad quem locum sine dubio spectant hæc verba Basilii, mutilatum esse locum existimans, sic eum restituere conatus est: *Idcirco clamant prophetæ in Veteri Testamento, Hæc dicit Dominus; in Novo autem apostoli, Hæc dicit Spiritus sanctus*. Cornarius etiam indicarat in margine Actor. xv, citari putans illud apostolorum in concilio Hierosolym., *Visum est Spiritui sancto et nobis*: sed hoc ad probandam Spiritus divinitatem sufficit, quod nimirum prophetiæ donum distribuat, ut indicant prophetæ, cum ex illius persona loquuntur. Vide librum v, λεγόντων τῶν ἀποστόλων.

Ibid. C 2. *Si quid cum Deo.* Κοινωνεῖ τῷ Θεῷ τὸ

A Πνεῦμα. *Si quid arcani cum Deo commune habet Spiritus, cum neque alienus ab eo sit, neque peregrinus, profunda judiciorum ejus scrutari potest* (I Cor. ii, 10).

Col. 666 A 14 *Utpote primum.* Interpres ediderat, *ut primus et major omnibus et solus talis unigeniti facturæ*: Cornarius nihilo melius, *et major omnibus et solus talis unigeniti creatura*. Atqui Eunomius nolebat majorem Patre et Filio existimari Spiritum: non igitur majorem omnibus, sed omnium maximum opus, vel omnium maximam creaturam. In verbis Basilii, quæ sequuntur, deerat verbum οἰκεῖν, quod ex codice Regio supplevimus, « nec deitatem in nobis habitare videtur credere: » quam ob causam postea citat ex Apostolo, *Spiritus Dei habitat in vobis* (I Cor. iii, 16).

B Col. 667 A 13. *Montium et inexpletū.* Atqui hoc epithetum terræ, non mari tribuit Basilius, quod alioqui poeticum Plutarchus etiam usurpat: sed non semper ἀπλετον sonat ἀπληστον vel ἀχόρταστον, « inexplebile, » quin potius alii, tanquam ἀπελάζω deductum, ἀπρόσιτον accipiunt, ut Hesychius, et ἀπροσπέλαστον, « inaccessum; » sed simplicius est ἀπειρον, « magnitudine immensum: » scribe igitur, « immensæ terræ et infiniti maris. » Cæterum in verbis Eunomii propositis interpres legisse plura videtur, quam sunt in excusis Veneto et Basiliensi libris, nimirum, ἀλλ' οὐκ ἀγέννητός ἐστιν, « sed non est ingenuus, » quod observavit et in margine admonuit doctissimus Montacutius, sed et a Regio queque ms. aberat. Paulo post emendavimus ex H. et Steph. edit. προσπελάζοντος, expuncto in Basiliensi προσπλεονάζοντος, et in Veneta προσπλεονάζοντες: « quo iis, quæ aspici possunt, admoto. »

Ibid. B 10. *Quid igitur.* Post verbum « oportet » interrogationis nota collocanda est, ut in Græcis: apud interpretem item immutavimus illud, « per filium præbitum. » In ms. H. pro ζωοποιούν, scriptum erat ζωοποιόν, « vivificum. » Ibid. « credimus spectare » scripsimus, cum legeretur, « credimus fieri, » quod Trapezuntius fortasse calamo exarasset « ferri. » Ita sequenti pag. πρὸς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου φέρουσα. Trapezunt. « humanitatem Domini concernens. » Cornarius dixit « ad incarnationem Domini tendens. » S. Ambrosius, Basilii vestigia relegens, ita locum Amos, iv, 13, exponit lib. ii, cap. 7, *De Spiritu sancto*: « Nonne evidenter dictorum testificatur series de istius creatura mundi locutum prophetam? » Hausit ex Didymo, lib. i *De Spiritu sancto*, quibus adde hæc ex Cyrilli Alexandr. commentario in Amos: Πνεῦμά φησιν οὐχὶ τὸ Θεῖον καὶ ἅγιον (κἀν εἰ μάλιντοί τινες τῶν τὰ ὀρθὰ διαστρέφειν μεμελετηκότων), ἀλλὰ τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἀέριόν τε καὶ ἐγκόσμιον, « Spiritum nominat non divinum et sanctum (tametsi quidam ita insaniunt, qui recta pervertere conantur), sed hunc acrum et mundanum; » et Theodoret., in Comment.: Ὅς τὸ μανθὸν τοῦ ἀέρος καὶ τὸ χυῖνον εἰς τὸν φρικώδη

τῆς βροντῆς μεταβάλλει κτύπον, διὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένων ἀνέμων τοῦτον ἀνακινῶν καὶ συστρέφων. « Qui acrem rarum ac mollem in sonitum horribilis tonitruum convertit, ac ventis a se creatis hunc commovet atque concitat. » Τοῦτο videtur legisse interpretes, non τοῦτον, quod ad aerem referendum est, non ad tonitruum.

Col. 670 C 5. *Contemptum esse.* Ἀθέτησιν aptius expressit Cornarius, « substantiæ reprobationem, » Th. Beza, « aboleri ipsius hypostasim; » potest etiam vertere, « abrogationem esse subsistentiæ, » hoc est, ideo rejici aut reprobari subsistentiam ejus, quod eum esse creaturam negetur. Postremo illa verba quæ sequuntur ἀξιώσωμεν, aliquando censuimus interpretem de suo adjecisse, quæ a Veneta et Basiliensibus editionibus aberant, et clausula potius alicujus popularis homiliæ videntur, quam ἀντιρρητικῶς λόγου; sed in Regio H. sunt reperta.

Col. 671 in titulo. Ἀντιρρητικά. Hic titulus præfigebatur in Regio H. huic libro quarto, et omissis illis, ἐν ψ, sequebatur: Ἀπορίαι καὶ λύσεις. *Refutatio, sive quæstiones et solutiones ex Scripturis divinitus inspiratis, super iis, quæ obijciuntur de Filio in Novo et Veteri Testamento.* Aberat autem a Veneta editione quartus hic et quintus liber; utrumque Regius manuscriptus agnoscit.

Col. 672 A 4. Λέγεται οὖν. Conjunctio οὖν aberat a ms. qui conspirat cum eo quo videtur usus interpretis; et ex quo illud, ψεῦδος, correximus, ψευδῶς. Atque huic interpunctioni sic adaptari versio poterit: « Si vero Filius natura Deus non est, sicut qui falso dii vocantur, dicitur et non est Deus. »

Ibid. 11. *Quod adoptione.* Hoc ita cum aliis duobus interpretibus efferri maluimus, quam *positione.* Paulus apostolus υἰοθεσίαν appellat, ut Ephesior. 1, 3, Προορίσας ἡμᾶς εἰς υἰοθεσίαν. *Qui prædestinavit nos in filiorum adoptionem.*

Col. 674 A. *Vere imposita.* Τὰ ἀληθῶς ὀνόματα. Imo, quæ vere sunt nomina, notæ sunt essentiæ earum rerum, quarum sunt nomina. Beza vocem ὀνόματις prætermisit. Apud Cornarium perperam editum est, « quæ vero sunt nomina. »

Ibid. 6. *Sed quia incomparabilis.* Hic quoque lapsus cum Cornario communis est, ni fallor, Trapezuntio, quod τὸ ἀσύγκριτον vertit non « incomparabile, » sed « incomparabilis, » ad Patrem referendo: Bezae autem proprius est error, quod τὸ μονογενὲς vertit « unigenitus. » Ut igitur ab utroque lapsu sibi caveat lector, ita scribet: « Si unigenitum esse generationis non est, sed ob id quod sit incomparabile, unigenitus etiam est Pater: est enim incomparabilis. »

Ibid. 9. Εἰ ὁ Υἱός. Correxit vitiosam lectionem Basil. ὁ Υἱός οὐχ ἀπλῶς, et illam manuscripti, εἰς Υἱός, secuti edit. Steph. Rursus in eodem articulo, pro ὁ Υἱός καὶ μονογενὲς ἐστίν, scripsimus ex

ms., καὶ Υἱός καὶ μονογενὲς, ut exigit ipsa interpretatio Trapezunt. et Bezae.

Ibid. B 2 *Deus enim nec cum ullo.* Immutavimus quod scripserat Trapezunt., « Deus enim ad omnia et per omnia incomparabilis est. »

Ibid. B 14. *Quod in forma Dei.* Dilucidior alia interpretatio ex Steph.: « Illud in forma Dei, est in essentia Dei: neque enim aliud est forma, aliud essentia Dei. » Respicit enim locum Pauli, Philippens. 11, 6: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam.* Ab eadem mente illud est S. Athanasii hunc Apostoli versiculum exponentis lib. 1v *contra Arianos*, p. 255; Οὐκ ἐκ μέρους δὲ ἡ τῆς θεότητος μορφή, ἀλλὰ τὸ πλήρωμα τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος ἐστὶ τὸ εἶναι τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὁλος θεός ἐστίν ὁ Υἱός. « Non autem ex parte aliqua formæ deitatis conficitur, sed ex integra deitate Patris essentia Filii consurgit, et solidus Deus est Filius: » sic illius loci restituenda est versio; et in Orat. contra Sabellii gregales p. 509: Ἄλλ' ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ θεός ἴσα ἔξει τῷ γεγεννηκότι κατὰ τὴν φύσιν, ὡς καὶ Παῦλος μαρτυρεῖ, τὰ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐξηγούμενος. *Atqui si Deus ex Deo est, fieri nequit, quin ratione naturæ paria habeat cum genitore suo, ut et Paulus testatur, qui de iis quæ incarnationem præcesserunt, explanationem facit.*

Col. 675 A 7. *Quorum eadem.* Emendandus Græcus textus omnium editionum, ex ms. H., ut conveniat cum Trapezuntii interpretatione, ἐνέργεια δὲ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ μία. Unde et in loco Joannis 1, 19, præcedit nomen Patris, et sequitur illud Filii. Beza, licet in textu Græco Steph. non aliter legeretur atque in Basiliensi, scripsit tamen. « Quorum eadem est actio, eadem quoque est essentia. Patris autem et Filii una est actio. » Atqui ἐνεργείας dixit, non ἐνέργειαν.

Ibid. C 10. Πρὸς τὸ καὶ ἀδυναμεῖν. Verterat idem, « Cum ad hoc etiam imbecillitas ipsi insit. » Hoc est, Si non potest generare, et deterioris conditionis est quam generans, « et præterea imbecillus. » In membro quod sequitur, pro μή ποτε legitur in ms. H., μή πω ἐγέννησε. Quo pacto et legisse Trapezuntium præ se fert ejus versio, « etsi, nondum genuit; » Beza, « etsi nunquam genuit: » ex Stephan. et Basil. μή ποτε.

Ibid. C 13. *Et postea sine.* Scripserat Trapezunt., « vel cum semel voluit, invitus in posterum est. » Cornarius, « vel cum semel voluerit, de cætero non vult. » Ἀβούλητος non semper passivam habet significationem, ut Suidas docet: Ἀβούλητον κακόν, ἀθέλητον, ὃ οὐ θέλει τις, καὶ ἀβούλητος, ὃ μὴ βουλόμενος. « Involuntarium dicitur malum quod quis non vult, et ἀβούλητος, qui non vult: » exemplum ex hoc Basilii loco suppetet.

Col. 678 A 12. *Cum nos asseramus.* Obscurior erat antea sententia auctoris, « Cum nos asseramus Patrem esse semper, necesse est etiam Filium esse semper. Illi dicunt ergo, quoniam. » Sed in locum Græcarum vocum δημιουργός et δημιουργ-

γία, si substituuntur ex Cornarii interpretatione A  
duæ istæ, « opifex et opificium, » potius quam  
« creator et creatura » vel « creatio » cum Beza vel  
Trapezuntio, dilucidior erit oratio, quod cum exem-  
plis magis convenient ædificatoris et navicularii :  
neque enim illi domum aut navim creare dicuntur :  
at opifex ædificatorque mundi Deus est etiam Cice-  
roni, 1 *De natura deorum*.

Col. 678 B. *Omnipotens*. Hoc usitatus, quam « Om-  
nitenens, » Trapezuntii : sic enim effert Græcam  
vocem παντοκράτωρ auctor Italæ interpretationis,  
ex qua viri docti nobis restare putant eos sacræ  
Scripturæ libros, quos ex Hebræo minime vertit  
S. Hieronymus, ut Sapientiæ vii, 25 : Καὶ ἀπόρ-  
ροια τῆς τοῦ Παντοκράτορος δόξης. *Et emanatio*  
*quædam est claritatis omnipotentis Dei*. Adde quod  
Septuaginta Græca illa voce usi sunt ad expri-  
mendam Hebræam יְשׁוּבָה, Sadai, quæ apud Hebræos  
unum ex decem Dei nominibus, uberrimum sonat,  
et eum cuius bonitas per universas creaturas  
permeat; propterea Job viii, 3, vertitur Ὁ πάντα  
ποιήσας. *Qui omnia fecit*; Vulgata, *Omnipotens*  
*subvertit*. Idem, cap. xii, 25 : Ἔσθι οὖν σου  
ὁ Παντοκράτωρ βοηθός. *Erit igitur Omnipotens*  
*auxiliator tuus*. ΠΝΣΥ Σαβαώθ autem jungi solet  
cum dictionibus Κύριος, vel Θεός, ut dicatur Κύ-  
ριος Σαβαώθ, « Dominus exercituum, » vel *Deus*  
*exercituum*, I Reg. i, 3 : Καὶ θύειν τῷ Θεῷ Σα-  
βαώθ. *Et sacrificare Deo exercituum*. Isaiæ i, 9 :  
Ἐὰν μὴ Κύριος Σαβαώθ ἐγκατέλιπε. *Nisi Dominus*  
*exercituum reliquisset*.

Ibid. B 11. *Rursus interrogant*. Hic quoque dilu- C  
cidior, opinor, substituimus versionem ejectionis  
illis verbis, « an cum sit natus est Filius, an cum  
non sit, » et in iis quæ sequuntur alia emendata :  
sed et majusculis litteris illa efferenda fuerunt,  
« Aliquando et In tempore, et Cum esset : « hoc  
est, « Non audent dicere, An aliquando, » vel « In  
tempore sit natus vel genitus. »

Ibid. C. 12. *Et qui cum*. Distinximus hæc duo  
loca ante confusa in unum : alter enim est He-  
bræorum, i, 3, *Qui cum sit splendor* : alter Phi-  
lippens. ii, 6, καὶ ὅς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, quod  
perperam Beza, *Qui cum sit in forma Dei* : nam  
et ipse in textu Epistolæ ad Philippenses et in  
Notis suis reddidit Latine, *Qui cum esset in forma*  
*Dei*.

Col. 679 A 3. *Homo enim altero*. Hæc obscure  
admodum sic ediderat interpres, « homo enim ho-  
mine magis non dicitur : bonus autem bono, et  
justus justo. » Hæc nimirum est, quod dicunt phi-  
losophi, Substantia non suscipit magis et minus,  
sed qualitas : unde Aristoteles in *Categ.* : Οὐκ ἂν  
ἐπιδέχοιτο ἡ οὐσία τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. Postremo  
c. ix, ex ms. et Stephan. ἀρξάμενον scripsimus pro  
ἀρξόμενον, « quod incœpit esse, non cessare. »

Ibid. C 13. *Ipsi*. Truncata erat hæc sententia,  
cum legeretur antea, « quoniam et ipsi jubetur :  
coactus et nolens ministrat » sed et illud εἴγε καὶ

ἐπιτάττεται, melius verbis Cornarii exprimeretur,  
« siquidem ipsi jubetur. »

Col. 682 C 4. *Et omnia ex opposito*. Interpres  
scripserat, « et quodcumque ex opposito inter se  
dividuntur : etiam innascibilitas nascibilitati con-  
traria est. Quare si modus subsistentiæ innascibi-  
litas non est, sed substantia, Pater Filio secun-  
dum substantiam contrarius erit. » Porro ad oram  
loci illius, *Dominus nomen tibi*, notarat Cornarius,  
psalm. lxxxii, cuius in versu 19 legimus : Καὶ γνώ-  
τωσαν, ὅτι ὄνομά σοι Κύριος. *Et cognoscant,*  
*quia nomen tibi Dominus*, ubi Hebraice est τὸ τε-  
τραγράμματον. Quod autem hoc capite demonstrat  
Basilii τὸ ἀγέννητον, ingentum vel innascibilita-  
tem non significare substantiam vel essentiam, sed  
modum essentiæ, vel modum existendi personæ, B  
admittunt etiam alii Patres, quos profert noster  
Gabriel Vasques, Disputat. 137 in 1 partem S. Tho-  
mæ, ut Cyrillus, lib. i *Thesauri*, cap. 4, cuius hic  
titulus est : Ἀπολογία ἀπολαξεί, ὅτι μὴ τὸ ἀγέν-  
νητον οὐσία, μόνον δὲ τοῦ μὴ γεγονέναι τὸν Θεὸν  
σημαντικόν, « Quod ingentum substantia non est,  
sed solummodo Deum non esse genitum significat; »  
et cap. 3 ejusdem libri : Οὐκ ἄρα τὸ ἀγέννητον οὐ-  
σία, ἀλλὰ τοῦ μὴ τοιῶσδε εἶναι τὴν οὐσίαν σημαν-  
τικόν. « Non esse igitur ingentum substantiam, sed  
substantiam non esse tali modo significat; » et  
Gregorius Nyssenus lib. xii *adversus Eunomium*, p.  
304 : Εἰ τὸ ἀγέννητον ὄνομά φασι τὴν οὐσίαν ση-  
μαίνειν, καὶ μὴ τὸ ἄνευ αἰτίας τὴν ὑπόστασιν ἔχειν,  
ποιῶ ὄνοματι τὸ ἄνευ αἰτίας εἶναι τὸν Πατέρα συ-  
στήσουσι; « Si nomen hoc *ingentum* substantiam  
aiunt significare, et non absque causa Patrem sub-  
sistentiam habere, quo nomine Patrem absque  
causa esse constituent? »

Col. 683 B 5. *Sed ipsum substantia*. Αὐτοουσία  
scripsit typographus, dubitante fortasse correctore,  
num Basilii potius edidisset αὐτοουσία, quomodo  
et in Stephanæa legebatur, et Beza vertebat : « Si  
ingentus non est essentiæ nomen, sed ipsamet  
essentia : » Basiliensis et Regius H., ἀλλ' αὐτὸ οὐ-  
σία, « sed ipsum substantia est : » et ita quoque  
Trapezuntius. Sequēbatur apud eundem interpre-  
tem, « cum et Filius substantia sit, et ipse inge-  
nitus substantia est, et omnis substantia ingenta  
est; » sed cum in Basiliensi, Steph. et ms. H. scri-  
ptum sit, ἀγέννητος καὶ ὁ Υἱός, merito immuta-  
vimus, « ingentus etiam erit Filius. »

Col. 687 C 3. *Si quid enim*. In ms. Reg. scri-  
ptum offendimus δεκτικὸν καὶ ἄνθρωπος τοῦτο.  
Ἰδίον δὲ ἀνθρώπου, quamobrem addita est particula  
καὶ priori loco, cum abesset a Basiliensi : verum  
ex Stephanæa potius ita restituendus est textus  
Græcus : Ἐὰν τι γὰρ ζῶον λογικόν, θνητὸν, νοῦ καὶ  
ἐπιστήμης δεκτικόν, ἄνθρωπος τοῦτο, καὶ τοῦτο  
ἄνθρωπος. « Nam si quod est animal rationis par-  
ticeps, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax,  
homo illud est, et illud est homo. » Porphyrius  
cap. 3 τῆς Εἰσαγωγῆς hac definitione hominis

contentus fuit, ζῶον λογικὸν θνητὸν ὁ ἄνθρωπος, A  
 « animal rationis particeps mortale, homo. » Rationis particeps cum dicitur, ab animalibus brutis, cum vero mortale, ab angelis eum distingui docet.

Col. 689 A 12. Ἦν ἄρα ταπ. Vitiosam lectionem sic expressit Cornarius, « Erat ergo humilior, quam ut Patri conveniret, creare ea, quæ a Filio facta sunt, » sed emendanda est ex Regio H., οὐκ ἄρα οὐν ταπεινότερον, vel ex Stephan. p. 399, οὐκ ἄρα ταπεινότερ., « Non est igitur humilior aliquid, quam ut Patri conveniat, creare quæ fiunt a Filio. » Quod sequitur, οὐ γὰρ ἦν ποτε ἄσοφος, immutavimus ita versum (« non enim erat, quando erat insipiens. »)

Col. 691 A 5. *Quare videtur.* Interpres edidit : B  
 « Quare videtur de similitudine ac identitate ipsorum in omnibus similique substantia, non de creatura ea verba dixisse. » Quid sit ἀπαράλλακτος οὐσία, et quomodo Latine a Patribus exprimat, docet in suis in *Gregorium Nazianzenum* scholiis doctissimus Bilius, qui et apud illum, p. 682, verlit, orat. 42, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, ὁ τοῦ Πατρὸς ὅρος καὶ λόγος, « illa per omnia similis imago, ille Patris terminus et ratio : » itaque illud Athanasii, disputat. 2 *contra Arianos*, p. 155, καὶ ἀπαράλλακτον ἔσχεν εἰκόνα, sic interpretari potes, « habuitque per omnia similem sui imaginem : » ut in eodem libro dixit p. 151, καὶ ὁμοίος ἐστὶ κατὰ πάντα τοῦ Πατρὸς, « similisque per omnia Patri. » Nec satis expriment vim dictionis, qui « non dissimilem, » vel « incommutabilem » vertunt; excedunt C  
 autem, qui « identitatem » hic addunt.

Ibid. B 7. *Si imago.* Corrigendum in Græco ex ms. H. καθοτιοῦν sed aliter distinctionem adhibuerat Trapezuntii codex, cum quo etiam Stephani editio consentit, εἰ εἰκὼν πάντως ὁμοία καθοτιοῦν, καὶ ὁ Υἱὸς ἐστὶν εἰκὼν, « Si omnino imago est in quovis similis, et Filius est imago. » Emendavimus ex eadem et ex ms. κατ' οὐδὲν ὁμοία, et κατὰ πάντα ἄνόμοιος sed in capitulo sequenti mendose in Stephan. et Basiliensi fuit βλέπων et ἀκούων, pro βλέπον et ἀκούον ut suggerit H. ms. qui rursus perperam habuit βλέπει, pro βλέψει unde Trapezuntius, « ut corpus cernat, et ut corpus audiet, (ut ἐνεργήσῃ,) operabitur. »

Col. 694 C 8. *Se diabolum.* Expunximus obscuram versionem, « latent diabolus colentes et non Filium Dei. » Porro hunc locum Jobi xl, 14, de principe daemonum quosdam intellexisse constat ex Olympiodoro in Catena Nicetæ : Οἱ μὲν φασιν, ὅτι πρῶτον τοῦτον ἐκτίσεν ὁ Θεός· οἱ δὲ φεύγοντες εἰπεῖν, ὅτι πρῶτον ποίημα τοῦ Θεοῦ τὴν τροπὴν ὑπέμεινε, φασὶν, ὅτι οὐ πρῶτος μὴ γέγονε, τὴν πρῶτην δὲ ἀρχὴν παρὰ ἀγγέλοις εἶχεν, εἰς τῶν πρῶτων ἀρχόντων τυγχάνων, κατὰ τὸ, Καὶ ὡς εἰς τῶν ἀρχόντων πίπτει· « Quidam aiunt hunc primum a Deo creatum esse; alii vero, cum dicere reformident primam a Deo conditam creatu-

ram mutationem passam esse, primum illum ortum esse negant: eidem tamen angelorum principatum delatum esse concedunt, qui unus e primis principibus esset, a quo nec illud dissidet : *Et sicut unus de principibus caditis* (Psal. lxxxj). « Idem Hieronymus *adversus Jovinianum* de Lucifero tradit et ejus casu. S. Augustinus lib. iii *De Genesi ad litteram*, cap. 10, meminit quorundam, qui ita sentiebant, nec illos notat aut carpit. Gregorius Magnus, homil. 34 *De centum ovibus*, quem sequitur S. Thomas, i p., quæst. 63, artic. 7, nec tamen alteram opinionem damnari vult, quæ est Damasceni lib. ii *De fide orthodoxa*, cap. 4, ex inferioribus nimirum ordinibus fuisse angelos qui lapsi sunt. Sane quidem locum illum Jobi historico sensu malunt alii de animali quodam terrestri, vel de serpente in humentibus locis degente intelligere, nihilque de principe daemonum qui ceciderunt, ex Scriptura certo colligi posse, ut pluribus probat noster Gabriel Vasques in illam S. Thomæ 63 quæstionem.

Col. 695 C 8. *Cum sperassent.* Aliud est pœnitentiam agere, aliud resipiscere, aut vitam mutare, quamobrem delevimus illud Trapezunt., « cum sperantius pœnitentia posse salvari. »

Col. 699 B 8. *Et creatrix.* Ms. H., καὶ ἡ ἀκτίστος θεότης, « et increata divinitas : » at Stephan. et Beza κτίστῃς, « et creatrix deitas, » tametsi fortasse legit Trapezuntius κτίστῃς θεότης. Paulo post ex eadem edit. Stephan. correctum est ἐπὶ τὸ πιστεύειν· « quandoquidem credere nos in eum, vel simul cum eo, vel ante ipsum inveniretur. » Beza perperam πρό verlit « post, » et ἡμᾶς omisit.

Col. 702 A 15. *Ipsam petebat.* Truncata hæc fuerant Latine conversa ab interprete, quasi deessent ista, αὐτὴν ἵται. Οὐ γὰρ ἂν ὁ εἶχε λαβεῖν ἐπέζηται, quæ omnes editiones et mss. exhibent. Rursus in fine capituli hujus vocem οἰκονομίας omiserat. De Photino Epiphanius, hæresi 71, qui in concilio Sardicensi eum damnatum asserit, hoc est circa annum Christi 347 : Φάσκει ὁπαρχῆς τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι, ἀπὸ δὲ Μαρίας, καὶ δεῦρο αὐτὸν ὑπάρχειν, ἐξότε, φησὶ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπῆλθεν ἐπὶ αὐτὴν, καὶ ἐγεννήθη ἐκ Πνεύματος ἁγίου· « Asserit ab initio Christum non esse, verum a Maria, et hucusque ipsum existerē, ex quo Spiritus sanctus, inquit, supervenit in ipsam, et genitus est ex Spiritu sancto. »

Col. 703 A 13. *Creavi.* Ita Cornarius et Beza, rectius quam Trapezuntius, *Possedi hominem*, ut est in Vulgata ex Hebræo, quasi legisset ἐκτησάμην, prout ediderunt etiam LXX, Genesis xli. Regim. B. habet ἐκτισάμην, et ita certum est edidisse Basilium, quod existimaret ita scriptum a LXX. Nam ἐκτησάμην, a præsentī κτάμαι, *possideo* sonat, non *creo* : neque est in usu apud profanos Græcos auctores κτίζομαι, ut significet *creo*, vel *condo*. Scriptura quoque verbo κτίζειν activo utitur tantum, ut Sap. ii, 23 : Θεὸς ἐκτίσεν τὸν

ἄνθρωπον ἐπ' ἀφθαρσίᾳ, *Deus creavit hominem in incorruptione*; et Eccli. xviii, 1: Ὁ ζῶν εἰς τὸν αἰῶνα ἔκτισε τὰ πάντα κωνῆ, *Qui vivit in æternum creavit omnia simul*. Suspicioni tamen locus relinquatur in quibusdam libris Geneseos scriptum offendisse Basilium ἐκτίσαστο, quandoquidem ita quoque legimus apud ejus fratrem Gregorium Nysenum, lib. ii *contra Eunomium*, p. 34 editionis Morelli, ubi de humanitate Christi quoque exponitur locus Proverbiorum viii, 22: Ἐκτίσθη γὰρ ἀληθῶς ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ὁ δι' ἡμᾶς καὶ ἡμᾶς γενόμενος. « Creatus enim est vere in novissimis diebus, ille qui propter nos secundum nos natus est. »

Col. 706 A 8. *Nam ipsa per se*. Αὐτοσοφία scriptus ex H. ms., ut antea ἀποζωή εἶναι οὐ δόναται. Atque in vulgatis Lexicis annotatum est Deum ἀποζωήν a Dionysio sæpe nominari, quod per se vivat, et aliis vivendi auctor sit, et a Nazianzeno Spiritum sanctum ἀποφῶς appellari, quod ipse vero lux sit, et sine eo nemo illuminetur. Ut orat. 37, pag. 610: φωτιστικόν, ζωτικόν, μᾶλλον δὲ ἀποφῶς καὶ ζωή. « qui lucem ac vitam affert, imo, qui ipsamet lux et vita est. » Et a Justino in *Quæstionibus ad Græcos* Deus dicitur ἀτοπάρακτος καὶ ἀτογενής, « per se productus et per se genitus. » In Basiliensi tamen erat et in Steph. ἡ γὰρ ἀποφῶς σοφία οὐκ ἐγένετο. Trapezuntius, « Nam sapientia ejus facta non est: » utraque lectio ferri potest.

Ibid C 3. *Ex opposito*. Ψευδῶς quoque scriptum exhibet Regius codex H., itaque Trapezuntius ex simili textu expresserat, « Qui verus est, ad eos, qui ex opposito falso distinguuntur, dicitur. » At in edit. Stephan. lego πρὸς τοὺς ψευδεῖς ἀντιδιαστελλόμενος λέγεται. Nimis compendiose Beza, « Verus falsis opponitur. »

Col. 707 A 7. *Si solus*. Duas lineas istas adjecimus interpretationi, quas omiserat Trapezuntius: tantum enim ediderat, « Si super omnia est Deus, » etc. Et in eadem pagina, cap. 12, totam illam inscriptionem capituli edidimus in Græca etiam Basiliensi secunda et Stephanæa desideratam: « In illud, *Non est meum dare vobis* (Matth. xx, 23), » quam Regius codex representavit; et satis constat alterius Scripturæ expositionem hanc περικοπήν exhibere.

Col. 710 A 9. *Eorum igitur*. Interpres scripserat: « Eorum igitur qui accipiunt, est, dignos se ad dexteram vel ad sinistram sedere facere: » quæ verba cum aperte catholico dogmatisuffragentur de libertate humani arbitrii, deque operum bonorum meritis, insigni, plagio dicam, an sacrilegio, a Theodoro Beza suppressa sunt, neque suam interpretationem adjungere Græcis voluit in editione Stephanæa, pag. 421, sed hæc verba tantum appinxit. « Cur hæc omissa sint, in scholiis dicetur: » quæ scholia ad Kalendas Græcas rejecta sunt, nec usquam, quod sciam, comparuerunt: sed nihil agunt hostes ve-

ritatis, nisi opera cuncta sanctorum Patrum eadem cura exterminent, cum eam illa ubique testentur. Nam et hic ipse Basilius idipsum docet in *Sermone de ascetica seu monastica vita*: « Custodientibus mandata ejus retributio multa; merces nimirum illa copiosa est et corona justitiæ, æterna tabernacula, vita finem nunquam habitura. » Et Homilia in principium Proverb., p. 473: *Omnes, qui viam evangelicam incedimus, mercatores sumus, per opera mandatorum nobis possessionem cælestium comparantes*. Justinus *Apologia 2 pro Christian.*: Οἱ ἐν ἀξίους τῷ ἐκείνου βουλήματι ἐαυτοὺς δι' ἔργων δείξωσι, τῆς μετ' αὐτοῦ ἀναστροφῆς καταξιωθῆναι προειλήφαμεν, συμβάσιλεύοντας ἀφάρτους καὶ ἀπαθεῖς γενομένους. « Qui si dignos se operibus suis illius consilio et voluntati præstiterint, conversatione cum illo dignatum iri scimus, et regnatos cum illo corruptionis ac perpeccionis expertes futuros. » Hieronymus, lib. ii *contra Jovinianum*, ita plane locum hunc Matthæi de petitione filiorum Zebedæi exponit: *Non est Filii dare, et quomodo Patris est præparare? Paratæ, inquit, sunt in cælo diversæ et plurimæ mansiones plurimis diversisque virtutibus, quas non personæ accipiunt, sed opera; frustra ergo a me petitis, quod in vobis situm est, quod Pater meus illis paravit, qui dignis virtutibus ad tantam asceusuri sunt dignitatem*. Et S. Joan. Chrysostomus in eundem locum, II ad Corinth. v, 10, ex eo colligit nos corporis nostri gloriam bonis operibus merituros, homil. 10: Οὐ γὰρ δήπου τὸ διακονησάμενον εἰς τοῦτο, κάκεινο τῶν ἀμοιβῶν ἔξω στήσεται, ἀλλὰ μετὰ τῆς ψυχῆς τὰ μὲν κολάζεται, τὰ δὲ στεφανοῦται. « Non enim videlicet id quod ad virtutem vel vitium operam suam subministravit, a præmio vel pœna excludetur: sed una cum anima corpus partim cruciabitur, partim coronam consequetur. »

Col. 710 in titulo: Καὶ ὅτι οὐ κτίσμα. Hæc in titulo adjecta sunt a nobis ex ms. Regio H., interpretationi vero illud ex Cornario adjectum, « aut ea quæ nondum corrupta sunt, corrumpantur, » vel « potius corrumpi debeant. »

Col. 711 A 14. *Secundum prophetam*. Locus est Amos v, 8, ubi tamen non additur ἀτά post μετασκευάζων. Cornarius τῷ Θεῷ vertit *ad Deum. Qui facis omnia, et transmutas ipsa*. Quod si oratio prophetæ ad Deum directa intelligatur, recte interpretatur, ὁ ποιῶν, *qui facis*. In Vulgata est, *Facientem Arcturum et Orionem*. Sed præcessit in eodem capite versu 4: *Quia hæc dicit Dominus domui Israel, Quærite Dominum*. Theodoretus in Amos: Θάρρήσατε, φησὶ, τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, καὶ ταύτης ἔχουθε τῆς ἐλπίδος. Εὐπετῶς γὰρ ποιεῖ καὶ σκευάζει, ἢ βούλεται, καὶ ῥάδιον αὐτῷ καὶ τοὺς μεγίστους κινδύνους εἰς εὐθυρίαν μεταβαλεῖν: « Confidite Dei potestati, hancque spem amplectimini. Facile enim facit et transformat, quæ vult, atque ei facile est maxima pericula in tranquillitatem transferre. » In eodem capite, pag. 297, pro ἑτέρῳ παρέχειν

suggerebat idem mss. H. Reg. ἐτέρῳ δρέγειν. Illud autem, ἀπαθανατιζομένων, emendavimus ex eodem. cum antea esset ἀπαθανιζομένων. Quo verbo usus est etiam Herodotus, lib. iv, et quos Getas ille dicit ἀθανατίζοντας Arrianus ἀπαθανατίζοντας vocat, id est, qui immortalitate donant, et inde eorum numerum referunt. Usus est et Philo *De vita Mosis*, ἀθανατίζεται παρὰ Θεῶ « immortalitate perfruitur apud Deum. » Idem verbum etiam restituendum censeo S. Gregorio Nysseno, Basilii fratri, in libro Catechetico, cap. 37, pag. 534, et locum ita corrigendum: Καθάπερ γὰρ μικρὰ ζύμη ὄλον τὸ φύραμα πρὸς ἑαυτὴν συναξομοιοῖ, οὕτω τὸ ἀθανατισθὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ σῶμα ἐν τῷ ἡμετέρῳ γενόμενον, ὄλον πρὸς ἑαυτὸ μεταποιεῖ καὶ μετατίθησιν. « Nam quemadmodum parum fermenti sibi totam conspersionem assimilat: ita corpus nostrum a Deo redditum immortale cum fuerit intra nostrum, totum in se transmutat et transfert. » Alioqui non quadraret comparatio, si θανατισθὲν, « morte affectum » diceretur illud corpus, quod postea τὸ ἀθάνατον σῶμα immortale corpus » appellatur, ut immortalitatem corpori humano impertiat. Et in fine capitis post illa verba, οὐκ ἄρα κτίσμα τὸ Πνεῦμα, subjiciebat ms. H., καὶ ὅσα μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν δείκνυσι τῆς ἁγίας καὶ μακαρίας Τριάδος, « Et quæcunque unam eandem esse operationem sanctæ et beatæ Trinitatis ostendunt; » sed hæc meo iudicio non sunt hujus loci vel disputationis.

Col. 714 C 10. *Et deficient.* Hoc a nobis adjectum est ex ms. H. καὶ ἐκλείψουσι, et psalm. ciii, 30, et scriptum *Emittes*, non *Emitte*, licet in quibusdam libris Vulgatæ Latinæ ita legeretur olim, sed LXX ἔξαποστελεῖς ediderunt, et S. Hieronymus ex Hebræo *Emittes*.

Col. 716 D 2. *Σημείων.* Hæc verba σημείων καὶ ἰαμάτων τὸ ἐν τι addita sunt per errorem textui Basiliensis editionis ex variis lectionibus Regii codicis: idcirco delenda: nisi malis retinere τὸ σημείων, ita legendo, χαρισμάτων, τὸ σημείων ἐστὶ καὶ τῶν ἰαμάτων, τὸ ἐν τι, καὶ οὐχὶ τὰ ὅλα. *Sed quia unum quoddam ex divisione donorum est donum miraculorum, et est donum sanationum, unum quoddam, et non universa.*

Col. 722 C 10. *Dicit enim in proprio.* Hæc omissa fuerant ab interprete: tantum enim ediderat: « præbuisse prophetæ, quoniam dicit Isaias de ipsis, *Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum.* » Atque ita quidem hæc scripta reperiuntur Joannis xii, 40, apud auctorem Vulgatæ Latinæ, cujus amat usurpare verba Trapezuntius, ut præcedenti pag. 299, quasi *nix dealbabuntur et ut lana alba erunt*, ediderat Isaiæ i, 1: sed quoniam ex Hebræo non e Græco vertit auctor Vulgatæ, interpretatio potius LXX exhibenda est vel Græci textus Novi Testamenti, vel etiam textus auctoris, qui Evangelium mutatis verbis citat, ut hoc loco Basilius, ne censores potius et correctores, quam interpretes agere videamur. Ac Joannis quidem xii

sic effertur Isaiæ locus: Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπόρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ ἴδωσιν. *Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum, ut non videant;* Matthæi vero xiii, 14, et Actorum xxviii, 27, eadem citantur, ut apud prophetam Isaiam xi, 9, efferruntur: Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν. *Incrassatum est cor populi hujus, et oculos suos clausurunt:* at Basilius dixit τετύφλωνται οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ πεπόρωται ἡ καρδία et verba, quibus est usus evangelista, passivo genere extulit ut LXX apud prophetam extulerant ἐπαχύνθη: puod sine dubio impune non tulisset, si Notas in eum scripsisset Beza, qui librum hunc quintum interpretatione sua dignatus non est, et immerito tamen vellicat auctorem Vulgatæ Latinæ more suo, quod apud Joannem πεπόρωκε τὴν καρδίαν Latine reddiderit *excæcavit*, πόρωσις et πήρωσις suo more confundens, quod plane falsum est; vertit enim, *induravit cor eorum*: neque tamen errasset, si ita vertisset, ut Marci iii, 5, ἐπὶ πωρόσει, *super cæcitate*, cum, ut eum docere potuit *Theauri Græci* auctor; πωρός Suidæ sit τυφλός, cæcus et πωρόω, excæco, πόρωσις, τύφλωσις, excæcatio; quam ob causam Erasmus quoque apud evangelistas et Paulum edidit ἐπόρωσεν *excæcavit*, licet alii *obduravit* malint vertere, quod πόρος callum et duritiem sonet, unde et πωροῦν indurare: utraque voce animi obstinati pertinacia et hebetis inscitia designatur.

Col. 724 A 8. *Εἰκόνα.* Emendavimus titulum ex ms. H., cum antea in Basiliens, legeretur τὰ κατ' εἰκόνα, τοῦτο δὲ διὰ τοῦ πνεύματος γινόμενα: et in textu capitis expunximus Παύλου δὲ εἰκῶν, scripsimusque πάντως δὲ ἡ εἰκῶν, et apud interpretem, « Omnino autem, » pro « Omnium autem. »

Col. 726 B 3. *Cum inhabitationem.* Interpres novam periodum inchoarat, cum nondum conclusio argumenti esset illata, hoc pacto: « Christus in nobis.... Hæc igitur cum dicat, Spiritus inhabitationem Christi habitationem esse affirmet. » Ac licet in Græco videatur aliquid deesse etiam in ms. H., utpote repetitio vocis ἐνοικήσιν, non dubitavit tamen ita vertere Cornarius: *quibus verbis Spiritus inhabitationem Christi inhabitationem pronuntiat.*

Ibid. B 10. *Sed et imago.* Hujus etiam capitis initium mutilatum expresserat interpres, quod subjiciemus, ne quis in deterius immutatam interpretationem queratur: « Et imago vera non ex imagine vera sicut nos: propterea assimilat ad imaginem, et efficit, non efficitur, et unctio est, et non inungitur. » Rursus emendavimus infra, « per alienum a deitate, » cum esset antea « per alienam deitatem. » Porro citatur hujus capitis titulus ab illustriss. cardinali Bellarmino, lib. ii, cap. 25, *De Christo* ut probetur divinitas Spiritus sancti, ejusque a Patre Filioque processio: cum enim dicat hic titulus, ὅτι εἰκῶν ἀληθῆς καὶ φυσικὴ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ τὸ Πνεῦμα: « veram esse

ac naturalem imaginem Dei et Christi Spiritum, » A  
satis indicat Spiritum habere esse a Patre et Fi-  
lio: non enim est vera et naturalis imago, quæ  
non producit ab exemplari.

Col. 728 A 4. Τῆς ὁμοιότητος τῆς θείας. Has tres  
lineas, quæ in Basiliensi desiderabantur, ex H. ad-  
didimus, quas et interpret agnoscit.

Ibid. B 2. Διαμένουσαν. In Regio erat H., διὰ Θεό-  
τητος εἰς αἰῶνα μένουσιν. « per Divinitatem in sæ-  
culum permanentem: » et ἐπαναλαβεῖν, pro ἀνα-  
λαβεῖν.

Col. 732 A 6. Διὰ τοῦτο καὶ Θεοῦ. Utitur his  
verbis, et iis quæ in titulo sunt hujus capituli, idem  
cardinalis Bellarminus loco jam citato, ut proce-  
dere a Filio Spiritum probet. Quomodo enim dici  
potest sic se habere Spiritum ad Filium, sicut se  
habet Filius ad Patrem, si Filius quidem a Patre  
procedit, Spiritus autem sanctus a Filio non pro-  
cedit? aut quomodo Spiritus est verbum Filii, si  
ab ipso non procedit?

Ibid. B. Διὰ τί μὴ τὸ Πνεῦμα. Eodem modo quin-  
tum hunc locum profert in eodem capite lib. II *De*  
*Christo*, in quo docet Basilius Spiritum ex Deo  
esse per Filium, sed non dici Filium Filii, ne su-  
spicemur Trinitatem in infinitum multiplicari. Nam  
si Spiritus diceretur filius Filii, consequens vide-  
retur, ut etiam alium filium haberet ipse, et sic  
deinceps.

Col. 731 C 13. *Curiose*. Περιεργάζεσθαι vertit  
Trapezunt. « variis curis versare, » quod proprie  
ssnat, *curiose scrutari*, et θέσει γενέσθαι, « positione  
factos, » cum postea meminerit τῶν υἱοθετουμένων,  
« adoptivorum; » ideoque « adoptione factos » di-  
ci maluimus.

Col. 735 A 5. *Tu vero similiter*. In concilio Flo-  
rentino, sessione 18, p. 440 editionis Romanæ, tom.  
IV *Concilior.*, profertur et diligenter excutitur hic  
locus, ab his verbis usque ad illa μόρφωσιν κτί-  
σεως, « formationem creaturæ. » Cum enim Marcus  
Ephesius pro Græcis disputans dixisset: Ὁ μέγας Βα-  
σίλειος ἐν τοῖς πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρήτικοῖς περὶ τῆς  
ἐκ τοῦ Πατρὸς προόδου τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸν λό-  
γον ποιούμενος τοιαύτη φησί. Γεννᾷ ὁ Θεὸς οὐχ ὡς  
ἄνθρωπος. Εἰ τοίνυν τὸ Πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ ἀκούοντες,  
νοοῦμεν ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ἤδη καθαρῶς ἀπε-  
φάνητο ἐκ μόνης τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς, καὶ  
οὐκ ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ  
ἅγιον. « Basilius Magnus in sermonibus, quibus Eu-  
nomium confutavit, loquens de productione sancti  
Spiritus ex Patre, his utitur verbis: Generat Deus  
non ut homo, vere tamen generat. Si ergo Spiritum  
ex ipso audientes, intelligimus ex ejus subsistentia  
perspicue jam Basilius pronuntiavit ex sola Patris  
hypostasi, et non ex alia quadam hypostasi esse  
Spiritus sanctum: » respondit Joannes Provincia-  
lis, qui Latinorum partes tuebatur: Ἐν τούτῳ τῷ  
κεφαλαίῳ ἐπιείγεται ὁ μέγας Βασίλειος δεῖξαι τὸ Πνεῦ-  
μα τὸ ἅγιον εἶναι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ οὐχ ἑτέρωθεν,

ἤγουν ἐξ ἑτέρας οὐσίας· ἐπειδὴ περ ἐκεῖνοι ἐπῆγον  
λέγοντες τὸ Πνεῦμα κτίσμα· « In hoc capite Ma-  
gnus Basilius conatur ostendere Spiritum sanctum  
ex Patre esse et non aliunde, hoc est ex alia sub-  
stantia: ideo quod inferebant hæretici Spiritum esse  
creaturam. » Cum igitur mens Basili fuerit hæc, ut  
Spiritus sanctus non sit alienæ naturæ, sed ejus  
quam habet Pater, et Spiritum sanctum non intelligi  
a Patre esse nisi a substantia Patris et Filii: ex eo  
concluditur substantiam esse, quæ producit Spiri-  
tum sanctum: ac proinde a Filio quoque proce-  
dere, cum Patris et Filii sit una substantia. Plura  
ad hujus loci illustrationem illinc peti poterunt; nos  
solas variantes lectiones persequemur. Nam illud, καὶ  
ὅτι μὴ γέννησις ἢ τοῦ Πνεύματος, sic refertur illic:  
Ἐπειδὴ ἡ ἐκπόρευσις τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ γέν-  
νησις οὐκ ἐκλήθη· et illud, Καὶ περιφρονῶν τῶν  
ἀνθρωπίνων παραδειγμ., ita scribitur, καὶ παρα-  
δείγμασιν ἀνθρωπίνους ἀφορῶν ἀνατρέπεις τὰ ἐξ αὐ-  
τῶν συνιστάμενα θεῖα δόγματα. Unde constat ad-  
dendum participium συνιστάμενα textui Basili, quod  
agnovisse videtur interpret cum ait, « quæ ex ipsis  
intelliguntur divina dogmata; » interpret concilii  
dixit, « quæ per illa cognoscuntur: » et illud, καὶ  
δέχεσθαι σὺν εὐσεβείᾳ, concilii textus, καὶ πᾶν τὸ  
λεγόμενον προσδέχεσθαι μετ' εὐσεβείας καὶ οὐκ ἀνοη-  
τότατα κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐπιχειρεῖν· et interpret  
ejus, « et non contra pietatem insulsissimis uti ar-  
gumentis: » quibus verbis confirmatur lectio Regii  
codicis H. καὶ μὴ μωρότατα τὰ τῆς εὐσεβείας σοφί-  
ζεσθαι. Rursus, καὶ τὸ γέννημα ἐξ αὐτοῦ ἐκφαίνει,  
concilii textus, καὶ τὸ γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ ἀναγ-  
γέλλει ῥῆμα ἢ λόγον.

Col. 738 A 4. *Quasi humano*. Hanc periodum in  
duas diviserat interpret, et sensum auctoris obscu-  
rarat: « Quasi enim proferebatur humana locutione  
ut per figuram humanam exponatur per ipsum fa-  
ctam esse creaturam. » Quæ sequuntur usque ad  
finem capituli, decurtata erant in editione Basiliensi  
hoc modo: Ἔστι τὸ Πνεῦμα ἀεὶ καὶ πρὶν γραφῆναι  
ὑπὸ Μωσέως ἐπιφέρεσθαι αὐτὸ ἐπάνω τοῦ ὕδατος καὶ  
ἐκφυσθῆναι αὐτὸ εἰς ζωοποίησιν. Cornarius ad hanc  
lectionem suam versionem conformarat: « Est et  
Spiritus semper, etiam antequam scriberetur a  
Mose ferri ipsum super aquas, et exsufflatum ipsum  
esse ad vivificationem: » sed Regii codicis lectio-  
nem antiquior Trapezuntii versio confirmat.

Col. 739 C 2. *Discentibus apostol.* Hæc perperam  
versa sensum auctoris interverterant: « Apostolis  
ipsis gloriam tribuentibus, hæc dicit Spiritum sanctum.  
» Quanquam hæc Agabi prophetæ sunt verba  
Actorum XXI, 41. Sed hæc confirmant correctionem  
nostram, qua temerariam interpretationem Bezæ  
castigavimus supra, libro II. Paulo post, οὐ συντάσ-  
σοντες Trapezuntius, « non coordinantes » verterat,  
pro « componentes, comparantes, » ut II Corinth. X,  
12: Οὐ γὰρ τολμῶμεν συγκρίναι ἑαυτοὺς τισί· *Non*  
*enim audemus comparare nos quibusdam.* Ibi-  
dem χειραγωγούμενοι ex nis. correximus, « ducti, »



cum antea mendose legeretur in Basil. χωρηγού-  
μενοι.

Col. 746 B. *Heus vos*. Has duas dictiones adje-  
cimus interpretationi, et in Græcis correximus ὡ οὗ-  
τοι, cum antea legeretur in Basil. ὡς οὗτοι, unde  
Cornarius expresserat, « Non separant solum a dua-  
litate velut isti. » Docent grammatici pronomen οὗ-  
τος cum secunda persona copulatum, et conjunctam  
habens particulam ὡ, significare tu. Lucianus, μέχρι  
τίνος, ὡ οὗτος, ὀδυρόμεθα : « Quousque, heus tu,  
flemus? » ὡ αἴται, « heus vos feminae! » Eusebius  
lib. III *Historiarum ecclesiast.* cap. 25 : Φασὶ γοῶν  
τὸν μακάριον Πέτρον θεασάμενον τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα  
ἀπαγομένην ἐπὶ θανάτῳ, ἐπιφωνῆσαι ἐξ ὀνόματος  
προσειπόντα, Μήνησο, ὡ αὐτή, τοῦ Κυρίου. « Aiunt  
beatum Petrum, cum uxorem suam ad necem ab-  
ductam conspiceretur, sic eam nomine compellan-  
tem dixisse, Heus tu, memor esto Domini. » Refert  
hoc Eusebius ex Clemente Alexandrino, VII *Stromate*,  
sed locus apud istum corrigendus est ex ipso Euse-  
bio; male enim in editione Commeliniana editum  
est pag. 312 : μεμνήσθω αὐτῇ τοῦ Κυρίου. Paulo  
post hic emendavimus ex II ἀγιασμὸν εἰσηγήσατο,  
pro ἐπηγήσατο, et οὐχ ὑπεξήρηκε, pro οὐχ ὑπερ-  
ήρηκε. Rursus ex eodem ms. locum sequentem ex  
parte restituimus, qui sic habebat in edit. Basi-  
liensi : Εἰ δὲ καὶ μὴ ὀνομάζων Πατέρα δηλοῖ αὐτὸν ἐν  
τῷ Υἱοῦ ὀνόματι, δηλοῖ τε μετὰ τοῦ πατρῶου ὀνόμα-  
τος καὶ τὸν γεγεννημένον. Trapezuntius interpreta-  
tus est : « Quod si Patrem non nominans, cum Pa-  
tris nomine tamen Filium etiam significat. » Sed  
idem liber Regius accuratius inspectus integrum  
locum sic repræsentat : Εἰ δὲ καὶ μὴ ὀνομάζων Πα-  
τέρα, δηλοῖ μετὰ τῆς Υἱοῦ προσηγορίας καὶ τὸν γεν-  
νήτορα, καὶ μὴ ὀνομάζων τὸν Υἱὸν δηλοῖ μετὰ τοῦ  
πατρῶου ὀνόματος καὶ τὸν γεγεννημένον. « Quod si  
Patrem non nominans, cum Filii appellatione geni-  
torem quoque significat : et Filium non nominans,  
cum nomine paterno genitum quoque significat. »  
At in sequentibus conjecturæ locus dari potest, ut,  
licet manuscriptus constanter retineat καὶ μεταδί-  
δοται, καὶ νοεῖται, unde Cornarius scripsit, « in sup-  
peditante : ipsum et datur et intelligitur : » tamen  
susplicemur legendum καὶ μεταδιδόντι νοεῖται, quod  
Trapezuntius habeat, « in præbente ipsum et dante  
intelligitur. »

Ibid. D. Καὶ ἐν αὐτῷ. In ms. H. legebatur καὶ  
εἰς αὐτόν, quo pacto etiam scriptum est Ep. ad Ro-  
manos XI, 36, unde fortasse manavit illa lectio: nam  
Basilius plane ita legit ἐν αὐτῷ, ut quæ sequuntur  
ostendunt, cum ad Spiritum sanctum hoc refert ἐν δὲ  
Πνεῦμα ἅγιον ἐν ᾧ πάντα. Auctor quoque Vulgatæ  
Latinæ sic legisse videtur apud Apostolum : tam-  
etsi novo censori Bezæ id non probatur, quod  
finem omnium Dei factorum illic putet significari:  
sed si quintum hunc Basilii librum interpretari  
maluisset, quam maligne suppressere, qua ratione  
defendi lectio illa possit, ex sanctissimo Patre di-  
dicisset.

Col. 747 A 7. *Verum divinus*. Trapezuntius scri-  
pserat : « Verum quoniam Spiritus Deus cuncta  
quæ a Deo per Filium sunt in esse corroborans,  
idecirco et essendi durationem præbet principatus. »

Col. 752 A 11. *Qui dissimiles*. Correxit in Ba-  
siliensi, quod perperam scriptum erat ἀνομοουσια-  
στῶν, ex Regio qui præferebat ἀνομοιουσιαστῶν.  
Hæreticos enim indicat, qui ἀνόμοιον οὐσίαν, dissi-  
milem substantiam Patris et Filii dicebant: ὁμοιού-  
σιος ergo est, qui similem habet substantiam, ὁμοο-  
ύσιος, qui eandem habet, sed ἀνομοούσιος non repe-  
riuntur, aut ἀνομοουσιαστικὸί dicti. Chrysostomus  
orat. 3 *De incomprehensibili Dei natura*, ἐπεὶ οὖν  
ἡμεῖς ἐκτέμνομεν ἀγριὸν καὶ ἀνήμερον δένδρον τῶν  
Ἄνομοίων τὴν αἴρεσιν. « Cum itsque nos quoque  
arborem præcidamus silvestrem atque agrestem  
istam Anomæorum hæresim. » Hieronymus in *Chro-  
nico* ad Olympiadem 286 : « Synodus Antiochiæ a  
Meletio et suis facta, in qua homousio anomæoque  
rejecto, medium inter hæc homœousion Macedonia-  
num dogma vindicaverunt. » Ubi nomine Anomæi  
opinionem Acacii et aliorum de dissimili substantia  
Christi a Patre intelligit. Homœousianos autem dic-  
tos Macedonianos constat ex *Tripartita* lib. IV, cap.  
22. Meminit etiam impietatis Anomæanæ epistola  
41 Basilii, ubi recte ita emendatum est, cum an-  
tea Anomianæ legeretur : nam Eunomiani ab Eu-  
nomio sunt hæretici, Anomiani autem nulli.

Ibid. B 8. Μετὰ ἀπιστίας. Cornarius hanc lectio-  
nem expressit, « quæ cum incredulitate omnibus  
sunt manifesta, » nec aliter habet H ms., sed Tra-  
pezuntius scriptum offendisse videtur, μετὰ πίστεως,  
vel μετὰ εὐπίστεως, « cum credulitate aut facilitate  
credendi, » quod convenit cum eo quod sequitur  
citatum ex Epist. ad Hebr. XI, 6 : *Credere oportet  
accedentem ad Deum*, et quod est Isaïæ VII, 9 : Ἐὰν  
μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε. *Quod si non  
credideritis, nequaquam intelligetis*. Paulo post pro  
ἀκούσωσι erat in ms. ἀκούσουσι, *auscultabunt*. Et ἐν  
ἀπιστία ὑπάρχων reposuimus ex eodem, non ut Ba-  
siliens. ὑπάρχει.

Col. 754 B 6. Ὡς ὑπόστασιν. H. ὡς ὑπόστασις,  
ut præcesserunt ὡς νοῦς, et ὡς δύναμις, et ita in-  
terpretatio Trapezuntii exigit, et Cornarius agnovit,  
« ut substantia proprium characterem. » Qui et  
paulo post melius expressit, « Spiritus imago Filii  
dictus est, » quam Trapezuntius, « imago Filii di-  
cta est. »

Col. 760 D. Μὴ μερίσθης. Ita restituimus ex ms.  
H., cum antea Basiliens. μὴ μερίσαστά, « non  
scindens, » et tamen agnovit ita scribendum Cor-  
narius, « Ne partiaris ea: quæ in partes dividi non  
possunt, » et Trapezunt. « Non partiaris, quæ im-  
partibilia. »

Col. 762 B 12. *Ibi convenerunt*. Duplici mendo  
laborabat male affectus hic locus, et ab interprete  
et a typographo. « Ibi obviam fuerunt servi, et ut us  
eorum non est relictus. » At Isaïæ XXXIV, 15, ita  
vertitur ex LXX a S. Hieronymo in Commentario :

*Ibi obviaverunt sibi cervi, et viderunt facies suas : A* unus ex ipsis non periit. Ἀπόλειτο legunt, non ἐπελείφθη. Vulgata vero aliud præ se fert : *Illuc congregati sunt mihi alter ad alterum.* Ille autem alter ex eodem propheta locus est Isa LVII, 16. *Omnem flatum, non statum,* scripsi, πνοήν πᾶσαν. Tertius est Jobi xxxii, 8, ubi legimus πνεῦμά ἐστιν ἐν βροτοῖς, non ἐν βρονταῖς, *in hominibus, non in tonitruis,* ut scripserat Trapezuntius, *et flatus autem omnitenentis, qui me docet.* Symmachus etiam vertit ex Hebræo : Ὅντως δὲ πνεῦμα Θεοῦ ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις. *Vere autem spiritus Dei est in hominibus :* nec aliter Vulgata ex Hebræo, in quo vox שִׁשִׁיט accipi non potest pro tonitruo ; est ergo mendum librarii, qui pro βροτοῖς scripsit βρονταῖς.

Col. 766 B 13. *Non quod disceret.* Vitio præli B antea legebatur, « et quid loquar non dices : » cum scripsisset fortassis interpres, « non discens, οὐ μαθητῶν » at in Regio H quæ sequuntur ita efferebantur : Τοῦτο γὰρ ἦν ἀμαθοῦς καὶ ἀτελοῦς. « Nam id esset ignari et imperfecti. »

Col. 768 C. Εὐθυμείσθω. Quæ sequuntur ad finem usque libri quinti *Contra Eunomium,* et constituunt caput decimum septimum, in Basiliensi Græca editione posteriori desiderabantur : sed in alium locum translata separatam homiliam efficiebant : Περὶ τοῦ Πνεύματος ἁγίου, « De Spiritu sancto, » et in editione Latina Parisiensi an. 1603, p. 223. « Cogitet omnis anima ; » at in codice Regio ultimum caput libri v, cum hoc titulo, Περὶ Πνεύματος. Trapezuntius quoque subiciebat istud cæteris, et legebat in apographo suo εὐθυμείσθω, C prout erat in H., sed alter interpres legit ἐνθυμείσθω. « Cogitet omnis anima, an tales habeat oculos : » sic nimirum ait postea, σκοπεῖτω δίανοια, « mens consideret, » καὶ νοεῖτω τὰ πάντα πληρούμενα, « cogitet omnia spiritu Dei referta esse. »

Ibid. C. 5. *Si quæris.* Locus est Isaïæ xxi, 12 : *Si quæras, quare :* ubi Vulgata Latina, *Si quæritis, quærite : convertimini, venite.* Cæterum in ms. Regio erat, Οἰκεῖς δὲ τότε, ὅτε μετὰ πίστεως ζητεῖς. « Tunc autem habitas, quando cum fide quæris. »

Col. 770 A 12. *Reliquisque.* Hæc inserta sunt verbis Trapezuntii, quæ et Regius codex agnoscit, et alter interpres, « hæresi et reliquis incantantium ac illicientium muliercularum voluptatibus. » D

Col. 770 C 8. *Sicut enim.* In ms. Η φωτίζασαι νέφος legebatur, minus recte : sed et interpres paulo obscurius dixerat : « Sicut solis radii nubem illuminantes, et ipsam splendere facientes, auriformem ipsi faciem præbentes. »

Col. 772 B 10. Οὐ χωρίζεται. Emendavimus in Basiliensi. οὐχ ὀρίζεται perperam antea scriptum pro οὐ χωρίζεται, « hæc ab illo non separatur, » ut recte Trapezuntius : alter interpres homiliæ separatæ mendosam lectionem secutus « hanc in illo non circumscribit : » at Cornarius mendum animadvertit, et dixit, « non segregatur ab ipso. »

Ibid. C 14. *Nihil in se,* Citatur hic locus a Bessarione Nicæno in oratione dogmatica, edita in concilio Florentino, sessione 20, p. 532, πεφηνέναι ut probetur « manifestari » τὸ εἶναι καὶ τὸ ὑπάρχειν δηκοῦν significare esse et æternam subsistentiam et generationem Filii, quandoquidem de Spiritu et æterna ejus processione dicitur, dicente beato Basilio de Spiritu sancto ἐπὶ τοῦ Πνεύματος καὶ τῆς ὑπαρκτικῆς αὐτοῦ προόδου, quod reperitur in hoc loco, τὸ Πνεῦμα οὐδὲν ἔχον ἐστὶν ἐπίκτητον ἐν ἑαυτῷ ἀλλ' αἰδίως πάντα ἔχει. « Nil adventitium in se habet, sed æternaliter omnia habet tanquam Spiritus Dei et ex eo manifestatus. » Hoc melius exprimit τὸ πεφηνός quam Trapezunt., « existens, » vel alter interpres homiliæ, « et ex Deo prodiens : » unde concludit Bessarion, quod dixit Gregorius Nysenus, ὡς δι' Υἱοῦ πέφηνε τοῖς ἀνθρώποις, « quod Spiritus per Filium sit manifestatus, eum hominibus notificatum esse temporaliter, » τὸ δι' Υἱοῦ ἀνθρώποις γνωσθῆναι ἐν χρόνῳ καὶ δι' Υἱοῦ τὴν αἰδίον ὑπαρξιν ἔχειν. « et quod per Filium æternaliter producatur. »

Col. 774 A 10. *Multi sunt.* Restituimus præcedentem locum e Græco ; male enim apud interpretem legebatur, « Ac rursus inquit, Docibiles Dei erunt : » hunc vero ita Græce conceptum videtur reperisse Trapezuntius, ut est in Regio, πολλοὶ ὦν τοῦτο τὸ θεῖον ἐν ψυχῇ. at interpres alter vice versa Basiliensis editionis textum exprimit : « Multum itaque de hoc numine inest animæ rationali, nisi propria ignavia deficere ab illo velit ; » sed διὰ ῥαθυμίαν Regius habuit, « propter ignaviam illum (Spiritum sanctum scilicet) discedere a se velit. »

## APPENDIX.

(Opp. t. II.)

Col. 73 C 2. Πρὸς Ἀβραάμ. Additum est ex Anglie. ἐν ὄραματι λέγοντος. quamobrem et adjiciendum verbis interpretis, « Domini conscriptum invenimus in visione dicentis. » Gen. xv, 1 : Ἐν ὄρα-

ματι νυκτὸς λέγων, *in visione noctis dicens.* Quid habuerit codex Oliv. non exprimimus, quod hæc altera *in psalmum xxviii* homilia ab illo abesset.

Ibid. 8. *Et ubi voces.* Restitutus est hic locus ex Scripturæ verbis, cum antea mutilatus esset apud interpretem. Sic enim est Exodi xix, 11 : Καὶ ἡ νεφέλη ἀπέλθῃ ἀπὸ τοῦ ὄρους · *Et quando voces et tubæ et uubes discesserint a monte, illi ascendent.*

Col. 75 A 11. *Vox vero illa.* Legisse videtur interpres, ὄρασις ἦν, dum vertit, « Vox vero illa, quæ ad populum facta est, visio erat, » non ὄρατῆ ἦν, sed perperam. Paulo post etiam immutavimus illud, αὕτη οὖν ἡ φωνή, quod Latine erat, « Ipsa itaque vox Dei erat super aquas : » neque enim scriptum est, αὕτῃ οὖν ἡ. Sic quoque fideliter expressit mentem auctoris velus interpres Basilii, cujus verbis utitur Romanum Breviarium tertia die infra octavam S. Joannis Baptistæ mense Junio.

Col. 78 C 9. *Quid est autem.* Fortasse legendum, τί οὖν ἐστὶν ὁ μόσχος ; τί ὁ Λιβάνος ; « Quid ergo est vitulus ? quid Libanus ? » vel certe, τί οὖν ἐστὶν ὁ μόσχος τοῦ Λιβάνου ; « Quid ergo est vitulus Libani ? » Quod sequitur, διὰ τοῦ Λιβάνου μορφοῦντες, interpres ediderat, « De Libano dicunt, quod simulacrorum cultores vitulorum imagunculas, quas sibi in Libano fingunt, sicque eas, » etc. Rursus illud, ὁ μόσχος ὁ διὰ τοῦ Λιβάνου, Cornarius vertit, « aut vitulus thuris ab igne liquefcens. » Montacutius, « aut vitulus e Libano effectus per ignem liquefactus. » Antea editum erat, « Aut vitulus est, qui in monte Libano per ignem liquefit, secundum quod dictum est : » nimirum psal. lxxvii, 3, vox Græca Λιβάνος et montem illum Syriæ significat et thus : sed apud Hebræos thus dicitur לבונה Lebonah a candore, mons autem לבנון Lebanon, quod in eo thus crescat ; auctor Pagninus in Lexico Hebraico. Possunt igitur intelligi hæc imagunculæ vitulorum e Libano effictæ, id est de Libani arboribus, vel ex thure, quod in illo monte crescit, et quod igne potest liquefieri. Paulo post initio sequentis paginæ τὸν ἀρχηγὸν τῆς τῶν κέδρων ἐπάρσεως vertimus : *Principem et auctorem elationis cedrorum. Quoniam cedri ipsæ cum altæ sint, ea quod supra montem natæ sunt, accedente montis celsitudine conspicuæ magis fiunt,* ut ait ipse Basilius citatus in Catena Græcorum in *Psalms.*

Col. 83 C 6. *Cantici ad animæ.* Cornarius aptius vertit, « Utereturque ipso pro intentione ad animæ suæ medelam. » Ἐπιφῶδῆ et ἐπαιοιδῆ a Cicerone *cantio*, a Gellio *incentio* vertitur, ab aliis incantatio et incantamentum, hoc est, carmen ad amoliendum aliquid noxium vel certe emolliendum. Plato in *Euthydemo* : Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἐπιφῶδων, ἐχεῶν τε καὶ φαλαγγίων, καὶ σκορπίων, καὶ τῶν ἄλλων θηρίων τε καὶ νόσων κήλησις ἐστίν · « Nam ars quidem excantatorum, viperas, phalangia, scorpiones, et alia pestifera animalia lenit ac permulcet. » Homerus Ὀδυσσ. T. de vulnere Ulyssis,

Δῆσαν ἐπισταμένως, ἐπαριδῆ δ' αἶμα κελαινὸν  
Ἔσχεθον.

A *Ligarunt scienter, carmine autem sanguinem nigrum represserunt. dign.*

Sophocles in *Ajace*,

οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ  
Θροεῖν ἐπιφῶδᾶς πρὸς τομῶντι πῆματι.

*Non est sapientis medici incantationem recitare in morbo, qui sectione opus habet.* Horatius Epist. 1, lib. 1.  
*Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem Possis et magnam morbi deponere partem.*

Col. 103 B 4. *Prædux.* Admonuimus iterandam hic fuisse vocem « fides, » ut in Græcis, in quibus et quæ sequuntur exigunt, ut ita vertatur, « Fides non quæ geometricis nititur probationibus. »

Col. 106 A 15. *Assensum.* Omisit vocem πίστεως Cornarius sic efferens : « Assensum ex fide citra examinationem requirit ; » Montacutius « a fide minime probata et explorata rationibus assensum quærit. » Similis illa sententia S. Joannis Chrysostomi lib. *Contra gentiles* p. 735 edit. Parisiens. Οἱ διαπιστοῦσι τοῖς γεγενημένοις, καὶ πολλοὶ οὕτως ἀβυστανίστως καὶ ἀνεξετάστως · *Qui nullam fidem habent, atque multi de re tota nihil quidquam investigare, nihil examinare laborant.* Idem in hunc psalmum scribens p. 400 : Ορᾶς, ὅσον κακὸν ἐστὶ, λογισμοῖς ἐπιτρέπειν τὰ πράγματα τῆς πίστεως, καὶ μὴ τῇ πίστει ; « Vides quantum sit periculum, res fidei permittere rationibus, et non fidei ? » Locus proximo sequens est Hebræor. xi, 6 : Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἐστὶ. *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est.* Sub finem paginæ immutavimus illud interpretis « contendendo ad perfectionem per martyrium. » Hic enim τελείωσις consummationem sonat, ut Lucæ xiii, 32. Ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι · *Sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummor.* Et Sapient. iv, 13 : Τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσε χρόνους μακροῦς *Consummatus in brevi explevit tempora multa.* Theodoretus itidem hæc verba psalmi exponens, decere ait audacter pro Domino mortem subire, et hanc remunerationem pro variis beneficiis dare : Προσῆκει τοίνυν θαρβύαλέως τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ καταδέξασθαι θάνατον, καὶ ταύτην δοῦναι τῆς παντοδαπῆς εὐεργεσίας ἀντίδοσιν. Sic apud Apostolum, Hebræor. ii, 10 : Διὰ παθημάτων τελειῶσαι, *Per passiones consummare* ; et Hebr. xl, 40 : Ἴνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι · *Ut non sine nobis consummarentur.* Ita sæpe dicuntur in Martyrologiis viri sancti martyrium consummare, et martyrio consummari.

Col. 107 B. 4. *In conspectum Achis.* Ita quidem apud auctorem Vulgatæ Latinæ vocatur ille rex, at apud LXX, I Reg. xxi, 14, Ἀγχούρις Anchus dicitur, cujus hæc verba sunt ad famulos suos, Ἴδοὺ ἴδετε ἄνδρα ἐπιληπτον, *Ecce vidistis virum furiosum* : item, Μὴ ἐλαττοῦμαι ἐπιλήπτων ἐγώ ; *Num indigeo furentibus ego ?* Chrysostomus, lib. iii *De Providentia*, pag. 237 : Πρὸς τὸν Ἀγχούρι ἀπελθὼν, τοὺς μαινομένους ὑπεκρίνατο. « Ad Anchus profectus, insanum se simulabat. » Atque apud profanos

quidem auctores ἐπιληπτος correptum epilepsy, et comitiali morbo laborantem significat, et ἐπιληπτίζειν eo morbo laborare, ut observat Henricus Stephanus in *Thesuro*; sed fallitur cum ibidem addit ἐπιληπτεσθαι, pro eodem afferri XXI lib. I Regum, vel illi certe falluntur, qui hanc notionem illi verbo in eo loco affingunt. Licet enim alibi vox ἐπιληπτος comitiali morbo laborantem significet, atque etiam a dæmone correptum, ut apud Gregorium Nazianzenum, orat. 18, de sancto Cypriano, p. 280 : Ὁ ἄφρων ἐραστής, καὶ σώφρων ἐπιληπτος, « Demens amator, et prudens arreptilius : » non tamen existimandum est, ubicunque ab interpretibus Græcis Veteris Testamenti adhibetur, eam posse illa omnia sonare, si voces Hebrææ, quas illic exprimit, id non ferant. Itaque illic dictio Hebraica **גַּבְוִי** furiosum, vel insanum significat, ut IV Reg. IX, 11 : **τί ὅτι εἰσῆλθεν ὁ ἐπιληπτος οὗτος** : *Quid venit insanus iste ad te ?* et Jerem. XXIX, 36 : **καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ μαινομένῳ, Et super hominem insanientem** : et ἐπιληπτεύεσθαι furere est et insanire; sed comitiali morbo laborantem non significat. Quamobrem apud Theod. Balsamonem commentario in epist. Petri Alexandr. perperam vertit interpres. Τὸν ἐπιληπτον ὑπεκρίθη, φεύ-

γων τὸν Σαούλ. « Se epilepsy correptum simulavit fugiens Saul. » Hic ergo scribendum, « simulans me insania correptum, aut percitum furore. »

Col. 114 A 13. *Ex exsoluta*. Ἀνθρωπότητα vocat non unam aliquam multitudinem, nec universum genus humanum, sed eos homines, quorum res gestæ ac probi mores id promeruerant, ut ab æternis suppliciis immunes essent : itaque ad verbum Cornarius, recte, « Quandoquidem me a vinculis peccati liberasti, dum descendisti ad infernum, et exsolvisti humanitatem vinctam mortis existentem, et in carceribus inferni inevitabilibus detentam. » In Catena Græca in *Psalms* lego κατελθὼν εἰς ἄδην, καὶ λύσας τὴν ἀνθρωπότητα. Porro hanc de descensu animæ Christi ad inferos communem sanctorum Patrum doctrinam frustra a novis Ecclesiæ Christi perduellibus oppugnatam tuetur etiam alibi ut hoc loco Basilus, nimirum in *psalmum* XLIV : Ἀλλὰ κατελθεῖν εἰς ἄδου τῆς περὶ τὴν ἀνάστασιν οἰκονομίας ἕνεκεν et in *psal.* XLVIII : Σαφῶς προφητεύει τὴν τοῦ Κυρίου κάθοδον εἰς ἄδου.

Col. 115 B 12. Ἐν αὐλαῖς τοῦ. Hæc ultima psalmi verba ex Oliva, et Anglicis adjecta sunt, cum sua interpretatione quam ea, quæ sequuntur, exponunt.

## AD COMMENTARIOS IN ISAIAM.

Col. 131 B. *Videns simul*. Præter eos testes, quos ad vindicandos Basilio commentarios istos in *Isaiam* citat vir doctissimus Godefridus Tilmannus, alios duos laudabo. Tarasins enim Constantinopolitanus patriarcha in epistola ad Adrianum papam, quæ in Jure Græco Romano exstat p. 193, ubi refertur hic locus : Τοῦ Βασιλείου ἐκ τῆς εἰς τὸν Ἰσαΐαν ἐρμηνείας. Νόμον ἔδωκεν εἰς βοήθειαν, ἵνα εἴπωσιν οὐχ ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο. « Legem dedit in auxilium, ut dicant non ut hoc verbum ; » et reperies hæc ipsa verba in caput octavum. Alter est auctor scholiorum Græcorum in Epistolas apostolicas, quæ nomine OEcumenii circumferuntur, apud quem hæc ex Photio proferuntur pag. 399 editionis Veron. : Ἐν τῇ ἐρμηνείᾳ τοῦ Ἰσαΐου ὁ ἐν ἀγίοις Βασιλείος δεύτερον ἐπιμνησθεὶς τοῦ ῥήτου, ἐπιθάρσει αὐτὸ ἐδέξατο. « In interpretatione Isaïæ sanctus Basilius iterum facta hujus verbi mentione, pro purificatione ipsum accepit. » Habes hunc locum in caput quartum. Cæterum ad hujus Commentarii editionem adornandam præter apographum ex Anglia missum variis lectionibus in margine notatis illustratum, ope duorum codicum Regionum adjuti sumus, quorum alter chartaceus, regis Francisci I, ex quo suam interpretationem effinxit interpres Tilmannus, alter membranaceus, Henrici II insignibus ornatus, tertius etiam ex illustrissimi cardinalis Joëusæi bibliotheca eratus fuit : singulos proprii

characteres F. H. I. et A. designabunt. Illud autem prophetæ Amos habes cap. VII, 12 : Ὁ ὄρων, βάλει. *Tu qui vides, abi*. In quem locum scribens Cyrillus Alexandrinus idem videtur innuere esse nomen τοῦ ὄρωντος, *videntis et prophetæ*. Ὅρωντα μὲν γὰρ τὸν προφήτην ἐκάλει, πλὴν οὐκ ἀξιώσας, οὐδὲ τῷ τῆς προφητείας ὀνόματι κατασεμνύνας αὐτόν. « Videntem enim appellat prophetam : sed enim non honoris causa, neque ut eum prophetiæ nomine veneretur. » Theophylactus in cap. I Nahum : Ἀλλὰ καὶ ὄρασις ὡσπερ κοινόν τι δοκεῖ εἶναι. Ἐπὶ πάντων γὰρ τῶν τρόπων τῆς προφητείας ὁ νοῦς ἦν ἐλλαμπόμενος τῷ φωτὶ τοῦ Πνεύματος. « Insuper et visio velut commune vaticiniis videtur esse. Siquidem in omnibus prophetiæ formis mens Spiritus lumine illustrabatur. » Sed observandum est in libro I Regum cap. IX, 9, ita conceptis verbis hæc efferri a LXX : Ὅτι τὸν προφήτην ἐκάλει ὁ λαὸς ἔμπροσθεν, ὁ βλέπων. « Quoniam prophetam vocabat populus antea, Videns. » Illud igitur, ἔμπροσθεν, non cum participio βλέπων junxerunt alii, sed cum verbo ἐκάλει, quasi dicat, olim vel antea sic vocatum fuisse prophetam, « Videntem, » non autem « Antea videntem, » vel « Prævidentem. » Ita S. Hieronymus sive auctor Vulgatæ Latinæ. « Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns : » idem Pagninus ex Hebræo, et Symmachus : Τὸν γὰρ προφήτην, τότε ἐκάλουν κατὰ τὸ ἀρχαῖον τὸν ὄρωντα.

*Nam prophetam tum vocabant more antiquo, Videntem.* Vox Hebræa non aliter accipitur Ruth. iv, 7: Τοῦτο τὸ δικαίωμα ἔμπροσθεν ἐν τῷ Ἰσραήλ. *Hic autem erat mos antiquitus in Israel.*

Col. 135 C 2. *In priore enim Paralip.* Ita quoque legimus apud Procopium, qui Basilii Commentarium plurimis in locis secutus est, p. 6: Ἐν μὲν γὰρ τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων Ὀζίας εἴρηται ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν Ἀζαρίας. *Nam in altero Paralipomenon Ozias nominatur, et in secundo Regnorum Azarias.* At memoria lapsus videtur Basilius: sic enim scriptum est II Paralipom. cap. xxvi, 1: *Populus Juda filium ejus Oziam constituit regem pro Amasia patre suo;* et alter locus de Azaria non est in II Regnorum, sed in IV, cap. xiv, 21: « Tulit autem universus populus Judæ Azariam annos natum sexdecim, et constituerunt eum regem pro patre ejus Amasia. » Quod autem sequitur, καὶ πατὴρ αὐτοῦ καὶ μητὴρ, aliter verum fuerat ab interprete licet in Francisci I libro, quo usus est, legatur quemadmodum et in Henriciano et in Joëus. καὶ πατὴρ τοῦ αὐτοῦ καὶ μητὴρ. Interpres ediderat, *patris tamen matrisque nomina comperta sunt.* Mater autem ejus in Franc. quemadmodum et in Anglic. Χαλιά dicitur, in H. et I. mendose sicut et apud Procopium Χαναά et Χανά, *Chana:* sed verius apud LXX, IV Reg. xiv, Ἰεχελία ἐξ Ἱερουσαλήμ, *Hechelia de Jerusalem.*

Ibid. 6. *Tempus etiam.* Hoc quoque fuerat omis- sum ab interprete, qui jungebat ita quod sequitur: *Prophetavit vero Isaias anno regni Oziae quinquagesimo secundo.* Legit nimirum, ut præ se ferunt A F., Πεντηκοστῶ δευτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ὀζίου προεφήτευσεν. At in H. et I πενήκοντα δύο γὰρ ἔτη ἐπὶ Ὀζίου προεφήτευσαν et hæc lectio sanior nunc videtur, atque ita rescribendum et interpungendum est: Καὶ χρόνος βασιλείας ὁ αὐτὸς, πενήκοντα δύο ἔτη. Ἐπὶ Ὀζίου δὲ προεφήτευσαν Ἡσαίας. *Tempus etiam regni est idem, omni quinquaginta duo. Prophetarunt autem sub Ozia Isaias.* Suffragantur huic emendationi cum ipse Procopii Commentarius ex Basilio excerptus, tum Eusebii *Chronicum* quod initium prophetiæ Isaiæ, Osee, et Amos confert non in annum quinquagesimum secundum Oziae regis, sed in decimum septimum circa annum ab Abraham mccc. Hoc igitur vult Basilius ex eo constare eundem esse Oziam et Azariam, quod Oziae et Azariæ idem tempus regni tribuatur, nimirum anni quinquaginta duo. Quod vero sequitur, *Sed quia principium* ita clarius vertit doctissimus Procopii interpretes Curterius, « Annon vero quia, Principium verbi Domini ad Osee, in Osee legimus, prius et ipse vaticinari cepit? » Illud tamen, πρὸ τῆς ὁράσεως τοῦ Ἡσαίου, ἐν ᾗ φησιν, non est interpretandum, « ante visionem, qua elevatum superliminare dicit, » sed, « in qua dicit elevatum esse, » non a visione, sed ut suspicatur Basilius a terræ motu, ut inde colligatur Amos, qui prophetavit ante duos annos terræ motus, ante

A Isaiam prophetasse: verumtamen huic conjecturæ obsistit ipse prophetiæ textus, in quo legimus c. vi, 4: *Elevatum fuisse superliminare a voce Seraphim clamantium Sanctus, sanctus,* quemadmodum et Amos, ix, 1, *ex apparitione Domini propheta percutiente superliminaria commoventur.*

Col. 138 C 13. *Vir astutus.* Apud scholiasten Græcum in natis Flam. Nobilii legimus quidem Proverbior. xii, 23, Ἄνθρωπος πανοῦργος, *Vir callidus,* at in ipso textu editionis Vaticanæ et aliarum, Ἄνθρωπος συνετός, *Vir intelligens thronus est sensus.* Symmachus vertit, καλόψυχοι γνώσι, *celabit scientiam* et ita Latina Vulgata. Sequentem periodum emendavimus, in qua scripserat interpretes: « Quemadmodum enim se habet sedes sensus, qui sensatus est, » et illam in fine paginæ: « cum igitur inter utrumque congener quædam. »

Col. 141 A 10. *Eum qui sit.* Latine convertit interpretes, quasi legisset in mss. τὸν ἐνεργὸν τὴν ψυχὴν: at nos in eo scriptum offendimus, ut in cæteris et apud Procopium, τὸ ἐνεργὸν τῆς ψυχῆς et ejus interpretes edidit, « id est, eam animi partem quæ labore et strenuitate gaudet, cum ea, quæ voluptatibus et affectibus, copulare. Non enim. » Ita paulo post Tilmannus ipse τὸ φιλόπονον τῆς ψυχῆς ἐπεγείρων vertit, « exsuscitat vim animæ generosam, ac laborum patientem; » sed alterum membrum non ita feliciter exprimit, καὶ τὸ φιλόδονον αὐτῆς θεραπέων: nam hic θεραπεύειν non est « colere, » sed « mederi, sedare » vel « refronare, » itaque cum Curterio interpretaberis, » et eam cohibet, quæ voluptatibus delectatur.

Col. 142 D 1. *Nunc autem.* Non in prophetæ sermone, sed in populi malitia gradum quemdam et progressum factum esse notat Basilius: idcirco expunximus illa verba interpretis: « Nunc autem exorsus est ab eo, quod gens ipsa peccatrix sit, gravitatem exaggerans ipso progressu sententiæ. Plenus enim peccatis redditur populus. Et quod ab eo profluit semen, filii efficiuntur iniqui. » Idem habes apud Procopium p. 41, ubi sine dubio ex Basilio emendandum, ἐπὶ τὸ γενέσθαι υἱοὶ ἄνομοι, pro καὶ τὸ γενέσθαι.

Col. 143 D 1. *Velut interpret.* Ἑρμηνείαν hoc loco intellige non conversionem ex uno idiomate in aliud, sed « explanationem, » quasi dicat additum esse ab Origene vel a Luciano tanquam expositionem verbi ἐγκαταλιπεῖν, quo usi sunt LXX, nisi forte intelligas Theodotionem Græce sic extulisse verbum Hebræum, quod LXX verterunt ἐγκαταλιπεῖν. Nam alioqui fuerant ab Origene sub asteriscis ex Theodotionis interpretatione addita textui Septuaginta, quæ ab illis ex Hebræo non fuerant expressa, ut scribit Hieronymus epist. 89, et Epiphanius lib. *De ponderibus et mensuris.* Idem porro Hieronymus in commentario in Isaiam testatur hoc membrum, *ab alienati sunt retrorsum,* LXX interpretes non habere. Basilius ex Theodotionis editione additum esse vult, at apud Proco-

pium in margine textus LXX idem Aquilæ tribuitur: quam ob causam Flaminius Nobilius in notationibus in *Isaiam* Procopium dicit hoc Aquilæ tribuere, quamvis revera Procopii commentarius membrum illud non agnoscat: sed animadvertendum est in eo commentario textum ex alio pervertuto codice manuscripto Renati Marchali, qui nunc est illustrissimi cardinalis Rupifucaldii, exscriptum fuisse et Procopii commentario præfixum. Paulo post immutavimus illa interpretis: « Tanta passi estis frustra, bonis op. v. ad. n. r. quod quæ tandem futura erant neglexistis prævidere: \* siquidem ἀμύλεια ἐν τοῖς ὑστερον sonat « negligentiam in annis consequentibus exhibitam. »

Col. 146 D 4. *Accipite enim.* Commune hoc omnibus Basilii manuscriptis cum Gallicis tum Anglicis est mendum, λάβετε γὰρ ἀπαρχήν, quod interpretis recte expressit, *Accipite primitias*: apud solum Procopium, p. 13, legitur λάβετε ἀρχήν, nec fuit causa cur illius interpretis adderet textui ἀπό, cum plane absit a Scripturæ textu Numer. 1, 2, ubi Vulgata Latina, *Tollite summam universæ congregationis* Sanctus Ambrosius e Græco vertens initio libri *De xlii mansionibus* sic interpretatur: *Accipe summam universæ congregationis filiorum Israel per domos familiarum.* Vox Hebræa non initium tantum, ut vertit doctissimus Procopii interpretis, sed etiam summam et caput sonat, ut vidit Ambrosius vocem ἀρχήν hic ex Hebraismo significare, cui potius assentiendum, quam Augustino, qui in locutionibus Hebraicis ἀρχήν sonare putat robur ætatis in populo. Sic et Numer. 1, 49, vertitur eadem vox ἀριθμός, Καὶ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν οὐ λήψῃ, *Et numerum eorum non sumes*: et Exodi xxx, 12, συλλογισμός. Ἐὰν λάβῃς τὸν συλλογισμὸν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, *Si acceperis computationem filiorum Israel.* Hoc igitur profert Basilius ut probet κατὰ κεφαλήν idem valere quod, ad unum omnes; delevimus enim in præcedenti periodo, « nomine capitis. Ac si diceret ipsam diutinam immemorationem confirmati doloris. » Putavit se legisse μένην, ut erat in Anglicis, non, ut duo Regii et Cardinalitius præferebant, περὶ αὐτὴν μένην, « ipsum solum caput dolorem incumbere. »

Col. 147 C 3. *Corda sunt.* Ediderat interpretis, « vices autem corda sunt, quæ licet obdlexerint cicatricem, subter tamen purulentia et sanie redundant. » Non viderat nimirum, etsi ὑπούλα ἕλκη dicantur proprie ulcera, quæ cicatricem obdlexerunt, sed purulenta sunt subter, tamen metaphorice dici quidvis ὑπούλον sub quo vitium aliquod latet, sive subdolum et insidum quidvis, ut apud Plutarchum *De fortuna Alexand.* Φυγῶν ἐνέπληξε καὶ στάσεων ὑπούλων τὴν ἡγεμοσίαν. *Exsiliis ac discordiis infidis imperium replevit.* Chrysostomus, lib. 1 *De compunctione cordis*, p. 117: Καὶ ὑπούλως διακείμενοι τοῖς θυσιαστηρίοις πρόσμιεν. *et dolos tantum in corde versantes accedimus ad altare.* Vidit hoc interpretis commentarii Procopii, p. 13: Ὁ δὲ μῶλωφ

Α ἰχνος ἐστὶ πληγῆς ὑφαιμον, ὃ τὰς ὑπούλους καρδίας δηλοῖ. *Livor autem est plagæ vestigium subcruentum, unde subdola et fallacia corda innuuntur.*

Col. 149 A 14. *Quæcunque enim.* Quæ in hac pagina correctæ sunt, ea paucis indicabimus, neque enim omnium rationem reddere necesse est, nisi sicubi sese afferat occasio similes Patrum sententias illustrandi. Poterunt qui editionem istam cum præcedentibus contulerint, singula quæ sunt emendata cognoscere. Hic ergo illud ἀμαρτάνουσιν ad Judæos retulerat interpretis, « mala illi populo peccanti intenta sunt, licuerit et in nobis ipsis perspicere. » Rursus infra scripserat « ædificatio nostra si a doctrina peperiderit, nobis minus convenienter vitam hanc exigentibus. »

B Col. 151 B 1. *Qui in arcano.* Ὑποκλαίειν hoc loco necesse non fuit addito epitheto exprimere, *in arcano secessu deflere*; sed pro simplici κλαίειν aptius sumas, præsertim cum sequatur ἀισχύνεται γὰρ, quod indicat eam potius stationem pœnitentium quæ πρόσκλαυσις, *fletus*, dicebatur, cujus fit mentio in appendice epistolæ canonice Gregorii Thaumaturgi. Sequebatur hic, « quare non jam opperior horam communionis; » atqui σύναξις non ipsam μέθεξιν τῶν ἁγιασμάτων, communionem participationemque sacramentorum significat, sed totum illud, « divinum officium, » quod Latini collectam et missam, Græci etiam ἁγίαν λειτουργίαν appellant, ut adversus Erasmus pluribus ostendimus in nostris notis ad homiliam Chrysostomi 2 *adversus Judæos*, licet illius patrocinium frustra suscipiant viri docti in novis suis exercitationibus. Neque enim nos negavimus σύναξιν eucharistiam significare, vel potius conventum ad eucharistiam celebrandam coactum, sed σύναξιν ad eam partem sumptionis sacramentorum restringi solere ab ecclesiasticis scriptoribus constanter negamus. Illud demum quod sequitur, ὃ τι ἂν τύχη πλασάμενος, verterat interpretis, « ut ne deprehendatur ejus simulatio. »

Col. 154 C 1. *Et si forte.* Scripserat Tilmannus, *ut hodie ritus quosdam exsequantur olim lege interdictos.* Imo etiam si lege præscriptos ritus quis servet, in perniciem id cedit, unde Apostolus Galat. v, u: *Quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* In periodo sequenti ὁ πόρα non autumnum sed fructus autumnales, vel poma significat. Denique in extremo paginæ verterat interpretis, « complectens studiosam alacritatem perfectorum, » licet in ms. esset τελειῶν, non τελείων.

Col. 156 C 9. *Quemadmodum.* Interpretis ediderat: « Quemadmodum enim vitis per fodicationem non exspirans facile evanescit. » At enim διαπνεῖσθαι dicitur non solum quod difflatur et evanescit, sed etiam quod perflatur, aut vento purgatur, ut apud Dioscoridem lib. v, cap. 9, δυσδιάπνευστος dicitur, qui per spiritales meatus ægre transmittitur, ita εὐδιάπνεος, qui perflatus facile capit. Sic Columella, lib. iv, cap. 14, colendas et nudandas

esse vites monet, ut hiberni imbres ad eas transmittantur. Rursus illud, *μη ἀποσκευασμένη*, verterat, *anima minus recte se componens circa hæc corporalia*. At enim ἀποσκευάζεσθαι non est παρασκευάζειν, præparare, componere, sed exornare, vel evacuare, ut Levitici xiv, 36 : Προστάξει ὁ ἱερεὺς ἀποσκευάσαι τὸν οἶκον · *Præcipiet sacerdos vacuare domum*. Vulgata, *ut efferant universa de domo*. Similis error sublatus est sub finem paginæ, ἐξοιδανεῖν παρασκευάζοντα, « ad hoc componentes animam, ut inani tumore superb. turgescat. » Ibidem corrigendum ex Regiis ut in apographo Anglico fuit ὑπερφυσθαι, pro ὑπερφύσασθαι.

Col. 158 A 14. *In eremo nutritus*. Vitiosa lectio F. ms. versionem peperit vitiosam ἐτράφη ἐν ἐρήμῳ, quam sequuntur et Anglici mss. Verum in Henriciano et Joesusæo scriptum recte ἐτάφη, « sepultus est. » Itaque restituendus est locus ex Procopio pag. 16 : Ὡν ὁ ἐπιθυμήσας ἐπιθυμητῆς πάλαι λαὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐτάφη · « Quorum desiderio cum teneretur desiderator populus olim in deserto sepultus est. » Sic enim legimus Numer. xi, 34 : Ὅτι ἐκεῖ ἔθαψαν τὸν λαὸν τὸν ἐπιθυμητῆν, quod Ambrosius lib. *De xlii mansionibus* interpretatur, *mansione xlii, quia ibi sepelierunt populum desideratorem*. Interpres quoque Procopii vocem ἐπιθυμητῆς non expressit.

Col. 163 A 11. *Sicut cæteri*. Hoc quoque miror ab interprete fuisse omissum quod ms. F. ei suggererat, et ab aliis codicibus agnoscitur, atque ab ipsis excerptis Procopii pag. 20 : Ὡς ἀσυνέτοις τὸ προσέχειν, ἢ τὸ ἐνωτίζεσθαι, ὡς ἐξέδωκαν ἕτεροι · *Populos crassiores et rudiores attendendi, aut, ut alii ediderunt, auribus percipiendi*. Tres nimirum interpretes Græcos intelligit, Aquilam, Symmachum, et Theodotionem, quorum versio in *Tetraplis* cum Septuaginta conjuncta erat. Itaque hoc fragmentum illorum Flaminii Nobilii collectaneis adjungendum est. Paulo post, οὗ φυλακτικὸς ἐστίν, sic extulerat interpres, « ad cujus custodiam, qui attentus est, celeser evadit. »

Col. 179 A 13. *Sed omnem omnino*. Atqui falsum est omnem omnino diem sic vocatum esse, nempe κλητῆν · imo hoc vult Basilius non unum quempiam celeberrimum diem rejici, verum omnes celebres. Neque enim omnes omnino dies κληταὶ ἡμέραι sunt dictæ, sed celebriores tantum et solemniore. Ita Levitici xxiii, 35 : Καὶ ἡ ἡμέρα ἡ πρώτη κλητῆ ἁγία ἔσται. *Et dies prima vocata sancta erit vobis*. Item 23, Αἱ ἑορταὶ Κυρίου, ἃς καλέσετε αὐτὰς κλητὰς ἁγίας · *Solemnia Domini quæ vocabitis ea vocata sancta*. Eadem vox Hebræa *קְרִיב* ἐπὶ κλητος vertitur a LXX, ut Numer. xxviii, 18, Ἡμέρα ἡ πρώτη ἡ ἐπὶ κλητος ἁγία ἔσται, *dies prima sancta erit vobis*. Vulgata Latina sæpe κλητῆν celeberrimum diem appellat; Isychius, vocalem diem sanctum. Videtur designari hac voce dies convocationis et festivitatis : nam et ita reddit Hieronymus, *festivitates alias non feram*; quod ad verbum Montanus ex

A Hebræo : *Vocare convocationem non potero*. Sic ergo scribendum hoc loco : « reddiderunt *vocatam*, Theodotionem autem κλητῆν *convocatam*, Symmachus vero κλητῆν *convocationem non feram* : quare non existimamus, etc., sed omnem diem qui vocatus sive celebris appellatur. » Sic apud Procopium legimus hæc in compendium redacta, Ἄντι δὲ τῆς μεγάλης ἡμέρας κλητῆν ἐξέδωκαν οἱ λοιποὶ, ὡς μὴ μίαν σημαίνεσθαι, πᾶσαν δὲ τῆν ἐν τῷ νόμῳ καλουμένην κλητῆν.

Col. 182 D 6. *Animam justam*. Vulgata Latina ex Hebræo : *Non affliget Dominus fame animam justi* : sed hic ad verbum vertendum erat, *animam justorum*. Quod vero sequitur, ab interprete omissum, nos interpretati sumus, sed una voce mutilum sic sanandum est ex mss. F. H. I : οὕτω δ' ἂν καὶ ἐναντίωμα ἦν πρὸς τὸν τῶν μακαρ. Non deprecatur ergo corporis famem, quam inter afflictiones laudibus prosequendas numerat Paulus.

Col. 191 C 1. *Res est cujus*. Delevimus illa interpretis, « submotio a nobis ipsis requirit accuratam operum exercitationem. » Aberrant enim a sensu auctoris, quem eleganter doctissimus Curtorius apud Procopium sic pag. 25 expressit : Ἡ δὲ τῆς τῶν κακῶν ἕξεως ἀπόθεσις, ἔργον ἡμέτερον, βοηθοῦντος κἀνταῦθα θεοῦ καὶ τοὺς ἐθέλοντας ὀδηγοῦντος πρὸς ἀρετῆν · « Sic scelerum pravos habitus nostra opera exuere, si divino auxilio voluntas nobis ad virtutem dirigatur, possumus. » Alium locum emendavimus paulo infra, ἵνα μὴ μόνον ἀπὸ τῶν. Quem ita expresserat Tilmannus, « ut ne illi adimamus solum ab actionibus suam providentiam, sed ne quidem a mutuis confabulationibus. » Vocem αὐτῆν retulit ad Dei providentiam, non ad πονηρίαν, et διαλογισμούς, ad colloquia, non ad cogitationes, ad quas pertinet quod sequitur ex Apostolo, ἡ ἀγάπη οὐ λογίζεται τὸ κακόν. Suffragatur huic interpretationi Procopii paraphrasis : Δεῖ οὖν λογισμούς καθαιρεῖν, οὐ μόνον κακίας ἀποκόπτειν ἐνέργειαν · « Decet igitur animi motus internos purgare, non ipsa modo nequitiae opera. »

Col. 195 D 3. *Omnia enim*. Ita quidem Anglici mss. et Regius F. πάντα ποιεῖ, quamobrem sane mirum, quod interpres scripserat, « innovabit enim omnia, » quasi legisset μεταβαλεῖ γὰρ πάντα · sed inspecto postea Regio altero ms. H. et I. scriptum offendi πάντα ποιεῖ. Rescribendum igitur, *Omnia fac cum consilio*. Jam vero si quæras, ubi hoc Scriptura dixerit, nihil aliud respondere possum, in consilium adhibito Græco indice sive Concordantiis Kircheri, quam alludere Basilium ad illum Ecclesiastici locum xxxii, 20, Ἄνευ βουλῆς μηθὲν ποιήσης, ubi Vulgata Latina, *Sine consilio nihil facias*. Est quidem similis alius Prov. xiii, 16, *Astutus omnia agit cum consilio*; sed hoc a LXX sic effertur, Πᾶς πανούργος πράσσει μετὰ γνώσεως, *Omnis astutus agit cum scientia* : et in eodem capite vers. 10 : *Qui autem omnia agunt cum consilio, reguntur sapientia*, Græce est, Οἱ δὲ αὐτῶν ἐπιγνώμονες σοφοί, *Qui autem sui ipsorum cognitores, sapientes*. Theodotio dixit.

Καὶ ἐν συμβουλευομένοις σοφία. *Et in iis qui consilium adhibent, sapientia.* Huc spectabat fortasse doctissimus Curlerius, cum in margine Commentarii Procopii notabat Proverb. xiii, p. 26, ubi legitur illidem ut in πάντα ποίει, *Cum consilio omnia facito.* Sequens autem locus est Proverb. ii, 5. Paulo ante cap. 2, illud Basilii, ἡ ἐννοια τῶν κεκηρυγμένων, sic extulerat interpres, « cogitatio arcanorum nobisque formidabilium, quæ in tremendo iudicio se offerent. » At omnes constanter legunt κεκηρυγμένων, non κεκρυμμένων.

Col. 198 A 4. *Quæ acceptanda.* Scriptum exhibet F. et Anglicus unus τὰ τε λεκτέα καὶ μὴ, καὶ ταῖς συγκατ. At alius Anglic. τὰ τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα, καὶ μὴν καὶ ταῖς συγκ. « Quæ dicenda sunt, quæque agenda. » H. I. τὰ τε λεκτέα καὶ μὴ. « Quæ dicenda sint, quæ non dicenda. »

Col. 199 C 1. *Despondenti, καθαρμοζομένῳ.* Verterat interpres, « accommodanti eam sibi ad salutem : » sed eum ad Apostoli locum alludat II Corinth. xi, 2, Ἡρμωσάμην γὰρ ὁμᾶς ἐνὶ ἀνδρὶ, Vulgatæ Latinæ verba substituimus, *Despondi enim vos uni viro.* Nam nec ipse Beza diffitetur ἀρμώτεσθαι apud Herodotum sumi pro μνηστεύεσθαι, et verbum Hebræum ἄρμω, cum de omni commoda applicatione dicatur, de ea proprie dici, quæ ad conjugium spectat. Paulo post non satis expressum fuerat illud, ὁμοτίμως τοῖς ἀνθρώποις : « quasi Deus se demittat ad hominum iudicium, imo, quasi paricum eis jure disceptet. »

Col. 206 A 5. *In cælo carnes.* Annotarat antea interpres vel alius quispiam pro οὐρανῷ forsan legendum ζήλω, *zelo* : sed non adverterat verba esse prophetæ Isaiæ xxxiv, 5 : Ἐμεθύσθη ἡ μάχαιρά μου ἐν τῷ οὐρανῷ. *Inebriatus est gladius meus in cælo.* Apud Procopium similis est ex Jeremia sententia, Ἐμεθύσθη ἀπὸ αἵματος τραυματιῶν, *Inebriatus est sanguine vulneratorum* : ubi cap. xxxiv in margine notavit interpres, cum sit Jeremiæ xlvi, 10 : Καὶ καταφάγεται ἡ μάχαιρα τοῦ Κυρίου καὶ ἐμπλησθήσεται, καὶ μεθύσθησεται ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῶν. *Et devorabit gladius Domini, et saturabitur, et inebriabitur sanguine eorum.*

Col. 207 B 12. *Ad probabilem.* Ut in cote secures et gladii acuuntur, sic illorum sermo mundana sapientia et rhetoricæ præceptis acuitur : at interpres verborum trajectione hunc sensum obscuriorem reddiderat : « Perinde ac gladio sermone quopiam sapientia mundiali exacuentes, quo per probabilem verisimilitudinem exitialia vulnera inferant. » Rectius ergo scribes, « perinde ac gladio quodam sermone, ad orationis probabilitatem, mundana sapientia instructi exitialia. » Procopius dixit : Τῶν ἀπλουστέρων τὴν ζωὴν ἀφαιρούμενοι, καθάπερ ξίφος τῷ λόγῳ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας. « Veluti gladio hujus mundi sapientiæ fuco instructi simplicioribus vitam adimunt. » Sub finem paginae pauci probi rapezita dicuntur juxta Domini verbum, cujus mentio *Constitutionum apostolicarum* lib. ii, cap. 36.

A Γίνεσθε τραπεζίται δοκιμοί. *Estote probi trapezitæ.* I Thessal. v, 21 : *Omnia probate, quod bonum est tenete.*

Col. 214 C 7. *Quale enim.* Hæc periodus usque ad sequentis paginae lineam quintam decimam pendente sententia protensa in tres diversas fuerat divisa periodos ab interprete hoc pacto : « Quale enim spectac. quanam ratione religiosum dici queat et admiratione dignum? Parum abest tale quid ab hominum natura. Æquum fuerat ut vel multis affectus conviciis, » etc. Non igitur ab hominum natura dicit abesse, imo illius captum excedere, quod nimirum ab ea virtute homines Deo similes efficiantur. Unde Cicero *pro Marcello*, « Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, adversarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem, non modo extollere jacentem, sed amplificare ejus pristinam dignitatem, hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo judico ; » et Claudianus *De quarto consulatu*,

*Sola Deos æquat clementia nobis.*

Col. 342. B 9. *Ut graviores.* Antea legebatur minus apte, « quod ab eo videret se tanto gravioribus circumstisti molestiis : » at hic περιστάσθαι non obsideri sonat, sed declinare, aut evitare. Paulo post expunctis Vulgatæ verbis subjecimus interpretationem ad verbum ex Basiliensi editione, Sap. vi, 7.

Col. 219 A 2. *Ob hoc et statuta.* Annotarat interpres in margine, « Attende priscum morem Ecclesiæ : » sed hic mos non satis dilucide erat explicatus ; sic enim erat : « Ob hoc et signa quædam circum ecclesiam statuuntur, quæ deprehensos in interdictis peccatis abarcent ingressu et segregant : » quasi nimirum essent effigies quædam aut μορμολοκεία, quæ illos abigerent ; imo ipsas ecclesiasticas indicat sanctiones. Amant enim hac voce uti hac notione Basilius et alii auctores ecclesiastici, ut lib. *De Spiritu sancto* cap. 29 : Καὶ δὴ καὶ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν πρεσβυτέρων τύπον καὶ κανόνα παρεληφότες. « Et nos etiam forma regulaque a senioribus, qui ante nos vixerunt, accepta. » Et in epist. 1 : Ὑποδέξασθαι τῇ καρδίᾳ τὰς ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας ἐγγινομένας διατυπώσεις. « Ut aptum sit admittere disciplinam ex divinis monumentis informatam. » Sic accepit hoc loco τύπους interpres Procopii pag. 35 : Διὸ καὶ τῆς Ἐκκλησίας οἱ τύποι τοὺς ἀπηγορευμένα πλημμελοῦντας χωρίζουσιν. « Itaque et illæ, quibus Ecclesia utitur, formulæ eos, qui vetita patrarunt, a reliquis separant. » Sed et constitutionem sonat διατύπωσις, ut τύπος, « statutum. » Concilium Sardicense can. 12 : Ἄπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον. Ἀρέσκει καὶ αὕτη ἡ διατύπωσις. « Omnes episcopi dixerunt : Placet hæc quoque constitutio. » Basilius, *Regula 47 fusius disput.* Περὶ τῶν μὴ δεχομένων τὰ παρὰ τοῦ προεστῶτος τυπούμενα. Τὸν δὲ μὴ καταδεχόμενον τὰ παρὰ τοῦ προεστῶτος διατεταγμένα. sic enim censeo corrigendum pro διαπεπραγμένα. « De his, qui nolunt admittere, quæ



per anlistitem præscripta sunt, Verum is, qui nolit admittere, quæ antistes perficienda jusserit. » Concil. Ephesinum, can. 1: Ἐχρῆν μὴ ἀγνοῆσαι τὰ περὶ αὐτῶν τετραπωμένα. « Oportebat non ignorare, quæ de ipsis sunt constituta. » Ita passim in canonibus apostolorum et conciliorum Ancyrani, Laodicensis Gangrensis dicuntur adulteri, sacrilegi, et alii diversis criminibus obnoxii, ἀφορίζεσθαι, κωλύεσθαι, ἀνάθεμα γίνεσθαι, vel ad diversos pœnitentium ordines amandari.

Col. 219 C 10. *Sed unusquisque.* Apud LXX legimus Judicium xvii, 6, et xxi, 24: Οὐκ ἦν βασιλεὺς ἐν Ἰσραὴλ, ἀνὴρ τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἵποιοι. *Non erat rex in Israel: vir rectum in oculis suis faciebat.* Utrobique est in Vulgata, *Sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Scripserat Tilman. *quod placebat oculis suis,* quæ locutio familiaris etiam Scripturæ, ut Esther ii, 4, *quæ oculis regis placuerit.* Et I Reg. xx, 3, *Inveni gratiam in oculis tuis.* Nam quoniam habitus animi oculis maxime se prodit, idcirco pro affectu, sententia, vel judicio mentis sumitur, ut Deuteron. xv, 9: *Ne malignetur oculus tuus contra fratrem tuum,* hoc est, ne invidus sis aut immisericors; II Reg. x, 3: *Non honorat David patrem tuum in oculis tuis,* hoc est, tua sententia vel opinione? Ar. Montanus in *Idiotismis.*

Col. 223 B 7. *Qui ne ab initio.* Ἄνομοι appellantur hoc loco illi qui legi subjecti non fuerunt, ut Roman. ix, 2: Τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, ἀλλ' ἐννομος Χριστῷ. *Iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, cum in lege essem Christi;* sed illud, τὴν ἀρχήν. quod adverbii vicem supplet, non advertit interpres idem valere quod ἀπ' ἀρχῆς, ut Joannis viii, 25: Τὴν ἀρχήν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. « Quod ab initio dico vobis. » Scripserat ergo Tilman., « aut certe, qui ne principium quidem aggressi sunt, ut opere expleant. » Rursus infra pro ἐνεργηθήσεται, interpretatus est quasi legisset εὐεργετηθήσεται. « Quasi vero derelinquere Dominum non posthac sit peccatum, ut etiam beneficio afficiatur. » Omnes tamen codices mss. præseferunt excusam lectionem, et οὐκ ἐνεργεῖσθαι postea exponit Basilius τοὺς ἐνεργουῦντας κωλύεσθαι. At Chrysostomus, pag. 661, aliter explicat, συντελεσθήσονται. Οἱ δὲ ἀσεβεῖς, φησὶν, ἀπολοῦνται. « Impii vero, inquit, disperibunt. » Sub finem paginæ, εἰ γὰρ ἡ ἄλωσις, emendandum ex H. et I. ἡ ἀνάλωσις, rejecta lectione A. et F., quam secutus Tilmannus scripserat, *Si enim captivitas.*

Col. 227 A 1. *Hanc hortii.* Ἐπαμφοτέρα alicubi reperiri pro ἐπ' ἀμφοτέρα docet auctor *Græci Thesauri,* cui loco poterit hoc exemplum adjici, suffragantibus F. et A. mss., nisi obstant alii duo H. et I. qui ἐπ' ἀμφοτέρα scriptum exhibent. Hoc ergo vult Basilius, in bonam nonnunquam partem, nonnunquam in malam accipi in Scriptura vocem ἡ quam Aquila Ponticus, qui sub Adriano imperatore circa annum Christi 125 post Septuaginta primus

A Vetus Testamentum in Græcam linguam ex Hebræo convertit κῆπον Latine reddidit Genesis ii, 8, ubi LXX, παράδεισον, *paradisum.* Imo ipsi etiam LXX, Deuteronomii xi, 10, eandem vocem κῆπον vertunt: Καὶ ποτίζουσι τοῖς ποσὶν ὡσεὶ κῆπον λαχανείας. *Et irrigarint pedibus sicut hortum olerum.* Illic enim dicitur terram promissionis longe uberiorem esse Ægypto, quæ διαβαλλομένη, « dum vituperatur, » dicitur esse quasi hortus olerum, quod pedere rigetur, sive labore hominum et fossione, videlicet ex Nilo aquas deducendo per sulcos et fossas: at in terra Chanaan agri sine labore ex cælo pluvia rigentur, quam non habet Ægyptus. Paulo post ὡς πρὸς τὸ ῥητόν versum fuerat. « Quod attinet ad hanc sententiam, » vos, sensum litteralem, sive historicum indicari censuimus, cui opponitur deinde νοῦς ἠθικός, sive sensus tropologicus.

B Col. 230 C 2. *Scintilla.* Annotarat interpres, pro σπινθήρ δικαίων, quod scriptum est exhibent F. H. I., legendum σπινθήρ πυρός, « ignis. » At verior est A. lectio, δικαίως, « merito, » quamobrem expunximus vocem « justorum, » et ἐλέγχους vertimus « accusationes, » potius quam « argumenta. » In duobus mss. H. et I. ἐμπυρεύεται reperimus, pro ἐμυρεύεται.

Ibid. D 2. *Una quidem.* Restituimus interpretationem hujus periodi, cum omnes codices in receptam lectionem consentirent, deletis illis, « Quia vis hæc efficax a Deo confertur sanctis. » Confirmat emendationem Procopii interpres, pag. 40: « Una quidem est Spiritus gratia, virtutem a Deo sanctis viris ad eorum quæ ignorantur cognitionem quæ revelationem cordisque illustrationem præstans. »

Col. 231 C 2. *Quapropter.* Mutilam exhibet hanc periodum Regius codex F. Propterea interpres, qui eo utebatur, integram illam repræsentare non potuit. Διὰ ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου διαλεγόμενοις αὐτοῖς, ὡς δηλοῦται at Regius alter H. et I. suffragantur Anglicis, in quibus tamen corrigendum illud μέλλειν, et scribendum μέλειν, ut scripsimus alibi: Μὴ μέλειν αὐτῷ τῶν γινομένων. « Aut non eum curare, quæ geruntur: » hic quoque vertendum est: « Nam quoniam Deum non curare arbitrabantur res humanas, eos subsannabant, qui ex persona Dei apud eos concionabantur, sicut Jeremias indicat dicens: *Tota die perseverari subsannatus.* » Vulgata Latina Jerem. xx, 7: *Factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me.*

D Col. 234 B 10. *Supra fundamentum.* Vitiosa lectio ms. F. imposuit interpreti, quam et operæ typographicæ amplexæ sunt, dum eleganter scriptum codicem Regium quam apographum Anglicum variis lectionibus oneratum sequi malunt: at in eo sicut et in H. I. scriptum offendes ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων, et ἐν τῶν ὀρέων ἦν Πέτρος. Eph. ii, 2. Itaque expunximus illam interpretationem Tilmanni, « Est enim ædificata in apostolis et prophetis, qui ejus fundamentum jecerunt quorum unus erat Petrus. » Astipulatur nostræ emendationi Pro-

copii interpres pag. 41 : « Qui superædificatos super fundamentum apostolorum et prophetarum scribit. » Similis sententia lib. II *Adversus Eunomium* : τὸν διὰ πίστεως ὑπεροχὴν ἐφ' ἑαυτὸν οὐκ ὀδομήν τῆς Ἐκκλησίας δεξιόμενον. Sic et Augustinus in *psalmum* LXXXVI, fundamenta ejus in montibus, de apostolis et prophetis exponit.

Col. 237 D 1. Τῆς ἀιδιότητος. Hæc est Regii cod. F. scriptura, quam secutus Tilmann. ediderat, *semperternæ Dei naturæ* : at apographum Anglic. in margine habuit τῆς ἀγιότητος τοῦ Θεοῦ, *sanctitatis Dei*, in ipso vero textu τῆς ἰδιότητος, cui suffragantur H. et I. Procopius p. 43 : Εἶτα προκοπούση τῇ γνώσει τὴν τοῦ Θεοῦ προσθήσομεν ἰδιότητα τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. « Deinde promovente intelligentia peculiare Dei Jacob adjiciemus discrimen. » Opponit communem notitiam Dei, peculiari et propriæ, qua scilicet Deus Jacob agnoscitur, et ut ait Apostolus Hebr. XI, 16, *non confunditur vocari Deus eorum*, hoc est, vocari Deus Abraham, Isaac et Jacob, tanquam peculiaris eorum Deus, Exodi III, 5. Itaque aptius hic scribetur « peculiaris ejus divinitatis. » In eandem sententiam dixit lib. I *Adversus Eunomium* : Τοῖς μὲν ἁγίοις αὐτοῦ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ καὶ τῷ Ἰσαάκ καὶ τῷ Ἰακώβ, ὧν διὰ τὸ εἶς πᾶσαν ἀρετὴν τέλειον καὶ τὸ Θεὸς ὀνομάζεσθαι et Chrysostomus in *psalm.* CXXXV, pag. 507 : Ὁ Θεὸς Ἰακώβ, ἵνα τὴν οἰκείωσιν παραστήσῃ καὶ τὴν πολλὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην. « Deus Isaac et Deus Jacob, ut ostendat familiaritatem et conjunctionem et magnum suum in eos amorem. » Rursus correximus hoc loco versionem illorum, τοῖς δὲ στοιχειωθεῖσι λοιπὸν καὶ τίνος Θεοῦ, « eis vero, qui deinceps jam sunt eruditi de Deo ; » non enim absolute de Deo, sed cujus Dei peculiariter cognitionem nacti.

Col. 540 D 5. Τοῦ τότε. Sic F. At H. I. et Anglic. τοῦ ποτε δοθέντος, ἢ ποὺ γεγραμμένου. « Quæ olim data, aut alicubi scripta, et verbum Domini de Jerusalem, propheticum verbum dicit : Verum ubique in Judæa hæc evenisse, non modo in Hierusalem. » Atque hoc Italico caractere scribendum non fuit, neque enim voces hæc sunt prophetae, sed Basilii, ut constat ex Procopio pag. 44 : Τίς δὲ καὶ ὁ λόγος ; Εἰ γὰρ ὁ προφητικὸς, πῶς ἐξ Ἱερουσαλήμ ; « Quodnam autem verbum ? Si enim propheticum respondeant, quomodo de Hierusalem prodixisse docebunt ? » Hoc vult propheta, in Judæa legem illos habuisse, et prophetarum verbis instructos fuisse ubique locorum. Præterea immutavimus sequentem periodum : « Etenim sanctis congruit discreta illa dijudicatio, ut quique noverint, quid sint promeriti : judicium autem bis convenit. » Imo judicari debent, non judicare.

Col. 243 B 1. *Ut gladius ille.* junxit vocem φθαρτικὴν cum illis duabus ζωοποιῶν σπέρματων, interpres, cum vertit, « gladius ille internectivus vitalium seminum, » vel, « qui vitalia perdit semina ; » sed aptius cum altero verbali jungentur eadem duæ voces, ut dicatur, μάχαιρα παρασκευαστικὴ σπερ-

μάτων. « Ut gladius ille, qui ad interimendum plurimum valet, ad præparanda vivifica semina usui esset, quæ animabus ratione præditis per sapientiam inseruntur, et convertendus. » Astipulatur huic emendationi Græcus textus et Latinus interpres Procopii, p. 46, « in aratrum jam conversus semina illa vivifica, quæ sapientiæ beneficio rationis participibus animis innascuntur, præpararet. » Quod sequitur, χάριτος φυλακτήριον ποιητικόν lectio est Regii ms. H. et I. Rectius in F. et Anglic. habetur φυλακτηρίων ποιητικόν. Postremo πεπωρωμένα commodius hic legetur ex fide duorum Regionum et textu Procopii, quam cum Anglic. πεπωρωμένα, Ζιβόνη autem simplicius reddetur « lancea, » quam « jaculum ferro præacuminatum, » ne forte adversetur huic additamento interpretis, quod est apud Hesychium et Suidam, ζιβόνη ὀλοσίδηρον ἀκόντιον ἢ λόγχη, « Jaculum prorsus ferreum vel hasta. » Tertullianus, III in *Marcionem* cap. 21, Græcam dictionem retinuit, *Concident machæras in aratra, et sibynas in falces.* Hebræam vocem, qua usus est Isaias, ΠΖΠ, nunc δόρυ, ut Michææ IV, 3, nunc σειρομάστην, ut IV Reg. XI, 10, verterunt LXX : quæ dictio non « pharetram, » ut putavit Kircherus, sed « lanceam » potius significat : verum omisit interpres, καὶ ἀπωθοῦμενον, « cuspidem perfodiens ac propellens. »

Col. 246 B 15. *Falso arbitrata est.* Ὑπολαμβάνει hoc loco non est « excipere, » ut putavit interpres, sed « arbitrari, existimare, νομίζειν. » quod verbum substituendum est ad lacunam illam explendam apud Procopium, qui in suum Commentarium hæc transtulit p. 47 : Τὸ προφητικὸν ἔχειν ἐνόμιζον, τὸ Κυρίου προσέθηκεν. « Quoniam autem sufficientem sibi lucem habere se arbitrabantur, qui legali et prophetica illustrarentur, Domini lucem adjecit. » Reliquam hujus periodi sententiam ex collatione cum Græco restituimus, deletis illis, « qua item luce prævia ignorantiam eorum corrigeret, qui in tenebris sedent. »

Col. 247 A 13. *Sternutavit.* Interpres ediderat, « Quid hoc innuit sermone ? Non animadverterat inter ineptias ominantium καὶ τῶν κληδονιζομένων, hanc numerari, ut scilicet ex sternutatione captent auguria. Theocritus eidyllio 7 :

Σιμιχίδα μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον  
*Simichidæ amores sternutaverunt ;*

in quem loco Scholiastes annotat sternutamenta quædam utilia esse, quædam noxia, et apud Homerum in bonam partem accipi. Athenæus lib. II : Ὅτι δ' ἱερὸν ἐνόμιζον τὴν κεφαλὴν, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ κατ' αὐτῆς θυμύειν, καὶ τοὺς γινομένους ὑπ' αὐτῆς πταρμούς προσκονεῖν ὡς ἱερούς. « Quod autem sacrum olim caput existimaverint, indicio est jurandi per ipsum consuetudo, et sternutamenta, quæ ex ipso prodeunt, adorandi. » Xenophon. lib. III *De expeditione Gyri*, pag. 300 : Τοῦτο δὲ λέγοντος αὐτοῦ, πᾶρυνται τις. Ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται πάντες, μιᾷ ὀρμῇ προσεκύνησαν τὸν θεόν. Καὶ Ξενοφῶν εἶπε.

Δοκεῖ μοι, ὦ ἄνδρες, ἐπεὶ περὶ σωτηρίας ἡμῶν λεγόντων οἰωνὸς τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος ἐφάνη, εὐξασθαι τῷ θεῷ τούτῳ· « Hæc eo loquente quidam sternit. Id cum audissent universi milites, uno impetu Deum adorant. Et Xenophon ait : Quando, milites, nobis de salute loquentibus servatoris Jovis augurium oblatum est, equidem huic Deo votum nuncupandum arbitror. » Propertius lib. II, epist. 3 :

*Aridus argutum sternuit omen amor.*

Vide Aristotelem, problem. 20 ; Plinium, lib. XXVIII, cap. 2. Paulo post ἐνεσχέθη legitur in omnibus mss. non ἐνεσχίσθη, ut visus est sibi legisse Tilmannus : « Vestimentum discissum est. » Omiserat etiam illa καὶ τῶν πάντων γνωρίμων.

Col. 247 D 4. *Vociferantes.* Sequebatur apud interpretem, « de quorum clamore dicitur : Et deerrantes ac mæsti præ inopia venationis intemperie cordis contrahuntur. » F. κόρακες, ἐπὶ δὲ τοῦ κράζειν λέγεται καὶ ἀλύοντες. Ac videtur ille quidem existimasse hæc tanquam Scripturæ verba proferri : necdum tamen in ea nobis occurrere post diligentem investigationem potuerunt, nec uspiam ea vel corvi vel aquilæ gementes ob inopiam prædæ pullos commemorat ; tantum Amos III, 4 legimus : Εἰ ἐρεύξεται λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ αὐτοῦ θήραν οὐκ ἔχων ; *Si rugiet leo de saltu non habens prædam?* In sequenti autem periodo multa immutavimus, quæ ab auctoris mente aberrabant, de apparitione mustelæ vel canis se discerpentis, vel potius caput exserentis, quæ omittam, quod omnia, quæ correctæ sunt, necesse non sit indicare. Porro similem in superstitiosos habes orationem et adversus omnia apud Ciceronem, lib. I *De divinatione*, sub finem, et paulo post initium libri II : « Crassum non fuisse periturum, si omni paruisset ; quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, et abruptio corrigiæ, et sternutamenta erunt observanda. » Et quod ait Basilus, ob inopiam sibi plerumque lugere aves, non ut aliquid mali protendant, simile est illi apophthegmati, quod refert idem Cicero, lib. I *De divinatione* : « Cum Flaminius consul contra Annibalem legiones duceret, ex pullario quæsit, si pulli non pascerentur, quid faciendum censeret ; cum ille quiescendum respondisset, Flaminius, Præclara vero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur. » Vide etiam Plutarchum Περὶ δεισιδαιμονίας.

Col. 250 D 2. *Cum sceleratos.* In margine annotarat Tilmannus se, pro πολιὰ ἔθνη, legere πολλὰ ἔθνη, « cum multas gentes, et improbatis moribus assuetas excepissent, elegerunt secundum eas, » etc. At in H. et I. scriptum offendimus, ut habet apographum Anglic. et Procopii textus p. 48, atque ipsius interpretes, apud quem aptius fortasse illa sic vertes, καὶ εὐθὺς ἐκ γενέσεως ἀλλότρια γίνεται τοῦ θεοῦ, « statimque ab ipsa nativitate alieni a Deo efficiuntur, et alienigenæ appellantur. » Rursus idem interpretes Basili in margine admonuerat se pro τῆς ψυχῆς conjicere legendum forsitan κοιλίας, aut

A γαστέρος, « ventriculi : » existimans fortasse alludi ad illud psalmi CXXVI, 3 : Ἡ κληρονομία Κυρίου υἱοί, ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρὸς· *Hæreditas Domini filii, merces fructus ventris.* Sed Regii codicis F. lectionem tuentur H. I. et Anglic., atque ipse Procopius, quanquam sententia nonnihil variante : Ἐπὶ ψυχῆς δὲ τέκνα ἀλλόφυλα οἱ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν τῆς θεοσεβείας λόγων καρποί· « Ad animum autem si referas filios alienigenas, fructus illi fuerint intelligendi, qui de scriptis externis et a pietate alienis colliguntur. »

Col. 251 C 5. *Id fieri.* Rursus conjecturam suam in margine adjunxerat interpretes, inserendum videri, « dum dicit lex, Nequando, » etc., et suffragabatur ejus conjecturæ Procopius, apud quem legimus p. 43 ; εἰπόντος τοῦ νόμου, Μὴ πληθυνεῖς σεαυτῷ. Verumtamen cum additamentum illud neque Regii neque ulli alii codices agnoscant, superfluum videtur : tantum apud interpretem hæc sententia his verbis concipienda est : « Nequando multiplicaveris tibi equum : qui tum reprehendebantur, tantam sibi equorum multitudinem comparaverant, ut numerum supergrederetur. » Pendet enim sententia ab initio periodi τοῦ γὰρ θεοῦ βουλομένου, « Nam cum vellet Deus, » etc. Porro Deuteronomii XVII, 16, paulo aliter scriptum est de rege sive principe populi : Οὐ πληθυνεῖ ἑαυτῷ ἵππον. *Non multiplicabit sibi equum,* hoc est equitatum, ut exponit S. Augustinus in *Locutionibus.* Aliter etiam extulit Procopius, μὴ πληθυνεῖς, « non multiplicabis. » Paulo infra ἐπίμικτον, « miscellaneum et promiscui seminis » vertit ; vox Hebræa subtemen et tramam significat, atque etiam vulgus promiscuum, quamobrem et Exodi XII, 38, καὶ ἐπίμικτος πολὺς συναέβη αὐτοῖς, *et commistus multus ascendit cum eis,* ubi Chaldæus paraphrastes, « extranei multi, qui non erant Israelitici. » Sunt qui intelligant Ægyptios ad fidem conversos unius Dei.

Col. 234 A 8. *Odiosa spectac.* Legebatur antea, « fastidio sunt, ac vitantur, ceu spectaculo indigni, quasi excrementitiæ erupt. » At hic ἐντρέπεσθαι verbum est medium, non passivum. Cæterum quod hic docet auctor, βδέλυγμα solere Scripturam idola vocare, confirmant LXX, cum Hebræam dictionem ἡῖן qua hic usus est propheta cum dixit, « terram abominationibus refertam, » vertunt Levitic. XIX, 4 : εἰδῶλα, *idola* : Οὐκ ἐπακολουθήσετε εἰδώλοις. *Non sequemini idola* ; et psalm. XCVI, 7 : Οἱ ἐγκαυχώμενοι τοῖς εἰδώλοις· *Qui gloriantur in simulacris.* Chrysostomus, in II Isa., p. 677 : Βδέλυγμα δὲ εἶπεν ἡ Γραφή καλεῖν τὰ εἰδῶλα· ἐντεῦθεν καὶ βδέλυγμα ἐρημώσεως λέγεται ὁ ἀνδριάς ὁ ἐπὶ τοῦ ναοῦ ἐστῶς. Sane Scriptura pro more suo idola vocat abominationem : hinc abominatio desolationis dicitur statua, quæ stat in templo, » Matth. XXIV, 15.

Col. 257 B 3. Καὶ δήξεται. Emendavimus ex textu prophetæ δήξεται, prout erat etiam in H. et

I. Mendose Anglic. δέξεται, « suscipiet, » itemque F. δείξεται, « ostendet. » Item paulo post scripsimus, « hoc est, in solidum firmamentum, » pro illis verbis interpretis, « hoc est, se substernant solido firmamento fidei. » Mutuatus est hoc ab Apostolo Colossens. II, 5: Καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν. « Et firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ. »

Ibid. C 3. *Leporibus*. Expunximus vocem « erinaeis » huic præfixam : licet in veteri Psalterio et apud S. Augustinum psalmo CLXII, 18, utrumque habeatur, « petra refugium hericiis et leporibus. » At LXX scarpserunt tantum λαγωῖς, *leporibus*, non χοιρογρολλίοις, *erinaceis*; ut testatur Hieronymus in Epistola ad Suniam et Fretel. Certe in omnibus Basilii mss. codicibus λαγωῖς tantumerat: sed in F. paulo post legebatur, ut excusum est τῷ καθαρῷ πρόσκαιρον, « ei qui purus est opportunum, » sive conveniens, » non « suffugium, » ut addit interpretis; neque enim καταφυγή apte jungi potest cum epitheto πρόσκαιρον, sed ad τὸ μέλι potius referri poterit, vel certe ut scriptum est in Angl., τῷ καθαρῷ πρόσκορον, vel ut in H. et I. τὸ καθαρὸν πρὸς κόρον, « purum ad satietatem, » sic ut insertus videatur locus psalmi CIII, « Petra refugium erinaeis; » cum ad alium potius Davidis locum hoc spectaret, ubi dicitur puro melle ad satietatem populus pastus esse, psal. LXXX, 17: Καὶ ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς, *Et de petra melle saturavit eos*. Nec fuit causa, cur adderet postea vocem « reges, » cum Moyses dixerit tantum, Deuteron. xxxii, 13: Ἐθήλασαν μέλι ἐκ πέτρας, καὶ ἔλαιον ἐκ στερεᾶς πέτρας: *Suxerunt mel de petra, et oleum de saxo duro*.

Col. 260 A 7. Ἡ ὁ διὰ μετριοπάθειαν. Hoc membrum aberat a F., quam ob causam ab interprete omissum fuit, sed in Anglican. H. et I. reperitur.

Col. 262 C 1. *Ex his verbis contumeliosis*. Mutila erat hæc periodus in Regio F., quo factum est, ut mancama etiam interpretationem pepererit, quam restituimus, ni fallor, ad mentem auctoris. Tantum enim erat ἀρχὴν πρὸς τὸ ὑπερηφανεύεσθαι τῶν πολλῶν. Sed et in Regio H. pro ὑποφέρεται legebatur ὑπερφέρεται. Interpretis inscripserat: « Sum principatum opponit, ut supra cæteros conspiciatur: anxie contendit, ut superemineat multis. » Imo hoc vult Basilius, initium sumere superbiam ab aliorum contemptu: unde Procopius paraphrasim horum compendiosam texens p. 55: Προηγείται δὲ τῆς ὑπερηφανίας ἡ ὕβρις: ὁ γὰρ τοὺς ἄλλους διαπτύων, ἀλαζονεῖαν προσιμιάζεται. « Viam vero munit ad superbiam contumelia: qui enim alios despicit, instituit exordium arrogantiae. » Sic vertendum arbitror locum illum Procopi. Paulo infra integras duas periodos restituimus ex Anglic. H. et I., et Latine convertimus. quæ aberant a F., συγγενεῖς γὰρ ἀμαρτίαι, etc. Procopius dixit, τὰ συγγενῆ πλήμμελήματα.

Col. 267 A 2. *Et inutilem*. Delevimus, « et im-

prudenter, » quod fortasse in apographo legisset interpretis ἀνοήτως, pro ἀνονήτως, quod F. H. et alii mss. constanter præferunt: at in versu psalmi CIII, 16, ξύλα Κυρίου legit F., quapropter Tilmannus ediderat *ligna Domini*, quo pacto etiam Symmachus, quinta et sexta editio verterunt: quia tamen H. I. et Procopius habent πεδίου, *campi*, cum Vulgata Latina sic immutavimus. Aquila et Theodotio utrumque amplexi sunt, ξύλα τοῦ πεδίου Κυρίου, *ligna campi Domini*.

Col. 267 B 11. *Consuetudo*. Κοινή dixit, non καινή, ut interpretis, « consuetudinem insuper vivendi novitate excogitatam confert quercui. » Imo ut ait Procopius, σκληρὸν ἦθος δηλοῖ καὶ ἀντίτυπον, τοὺς δὲ τοιοῦτους καὶ ἡ κοινή συνήθεια παρεικάζει δρυῖ. « Ipsam morum duritiem pervicaciamque significat: qua qui præditi sunt communi consuetudine cum quercu comparantur. » Notum est illud Homericum Ὀδυσσ. T,

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἔσαι πηλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ [πέτρης.

*Nam neque faticida quercu satus es, neque saxo.*

Ad quod allusit Plato lib. viii *De republica*: Ἡ οἷε ἐκ δρυὸς ποθεν, ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίνεσθαι, ἀλλ' οὐχ' ἐκ τῶν ἡθῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσι; « An existimas e quercu aliqua respublicas nasci, aut non potius ex moribus eorum, qui in civitatibus versantur? » Profert Des. Erasmus chiliad. 1, cent. 8, proverb. 87: « Ex quercubus nati, » et repetit chiliad. 4, cent. 7, proverb. 96: « Non e quercu et saxo, » idem Erasmus, immemor eorum, quæ scripserat, sive quis alius, cujus ille opera utebatur ad proverbiorum chiliadas colligendas. Quod autem nullo indicato auctore citat, « et duro robore natos, » est ex Virgilio, viii *Aeneid*. 314, 315:

*Gensque virum truncis et duro robore nata,  
Queis neque mos neque cultus erat.....*

Et ex Juvenali, satyra 6:

*Vivebant homines qui rupto robore nati.*

Col. 274 B 13. *Et omnem*. Has quinque voces omiserat interpretis, sed recepta lectione, quam tuentur A. H. I., verior videtur illa codicis F. Ὅς ἐστιν ὑπὲρ πάντα νοῦν. Ibid. E 4, ἐπιπεπλεγμένως vertit, quasi esset ἐπιπολαίως, « superficie tenus denuntiat: cum ἐπιπλέκεσθαι sit implicari, permisceri. » Quod ita cepit interpretis Procopii pag. 85: Ἐπιπεπλεγμένως δὲ περὶ τῶν δύο τοῦ Κυρίου παρουσιῶν ἡ Γραφή διαλέγεται: « Mistum autem utrumque Christi adventum prophetæ complexa est oratio. »

Col. 278 B 11. *Figurate*. Scripserat interpretis, « allegorice dici possunt vespertiliones: » at enim hoc non dicit Basilius, sed ipsos dæmones vespertiliones potius appellari. Neque enim idololatrias, sed dæmones dixit nocturnis tenebris delectari. Apud Procopium, p. 58, idem sensus elucet; verum paulo post « juxta analogiam fidei » scripsi, non ut erat antea, « juxta analogiam singulis quibusque in Christum credentibus sunt condistinctæ, » ut appareret auctorem Apostoli verbis uti Roman. xii, 6: Εἴ-

τε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως. *Sive prophetiam secundum rationem fidei.* Porro ultimum illud membrum, « Quiescite ab homine, » admonet Basilius in exemplaribus communis editionis non haberi, sed in Hebraico positum a reliquis interpretibus, diversis nimirum a Septuaginta et Theodotione, translatum esse: quam ob causam in margine annotarat quispiam communem editionem esse Græcis, quæ et Septuaginta interpretum: quod tamen verum non est, si S. Hieronymo credimus, qui in epist. 135: « Ut sciatis aliam esse editionem, quam Origenes, et Cæsariensis Eusebius, omnesque Græciæ tractatores κοινὴν, id est, communem appellant, atque vulgaram, et a plerisque nunc Λουκιανός dicitur: aliam Septuaginta interpretum, quæ et in ἑξαπλοῖς codicibus reperitur; » et in Præfatione in lib. Paralip.: « Origenes in editione Septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis videlicet designans, quæ minus fuerant, et virgulis, quæ ex superfluo videbantur apposita. » Sed idem Hieronymus in epistola citata monet inter κοινὴν et editionem LXX hoc esse discrimen, quod communis pro locis et temporibus et pro voluntate scriptorum veterum « corrupta sit editio, ea autem quæ habetur in ἑξαπλοῖς, incorrupta sit » Septuaginta interpretum editio. Cum igitur ex textu Isaïæ qui est apud Procopium, ex veteri codice Renati Marchali desumpto, qui nunc est illustrissimi cardinalis Rupifucaldii, constet, hoc membrum ex Aquilæ Pontici versione esse decerptum, hinc colligimus nonnunquam vocari communem editionem, quam Origenes ex LXX et Theodotione conflavit, ut hoc loco a Basilio: nonnunquam etiam eam, quæ ex omnium interpretum versionibus diversis mista, ut idem Hieronymus indicavit. Idem etiam in Commentario in hunc Isaïæ locum testatur hoc membrum a LXX prætermissum, in Græcis exemplaribus ab Origene sub asteriscis de editione Aquilæ additum esse. Postremo notandum in duobus Regiis esse ἐν τίνι ἐλογίσθη; non ἐν τίνι, in quo reputatus est? cum interrogatione, quod etiam apud Chrysostomum corrigendum in Commentario in Isaiam.

Col. 279 A 14. *Fuisset crucifixus* Hæc immutavimus, ut agnoscantur verba Apostoli, II Corinth. xiii, 4: « Nam et crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. » Item illud, ἐναποθανεῖσθαι γάρ, quod verterat Tilman. « Peccatis enim nostris mortuus est, teste Scriptura, » non animadvertens esse verba Christi Joannis xi, 25. Denique tam multa erant emendanda, ut dum currente prælo interpretationem hanc recensemus quamplurima nos effugerint, cujusmodi est illud quod proxime sequitur, διὰ φιλοξενίαν ἀντλοῦσα, pro quo annotarat interpres legendum, ἀνθοῦσα scripseratque, « studio hospitalitatis mire effloruit. » Atque ἀντλεῖν quidem vulgata Lexica exponunt aliquando « exhaurire laborem, » vel « exantlare; » sed loco accuratius expenso emendandum censemus, « hospita-

litalis studio aquam hauriens: » siquidem ita locus est Rebecca peregrinum Abrahami famulum excipiens, Genes. xxiv, 20: Καὶ τὰς καμήλους σου ποτιῶ, καὶ ὑδρεύσομαι. Καὶ ἔδραμεν ἔτι ἐπὶ τὸ φρέαρ, ἀντλήσαι ὕδωρ. *Et camelis tuis potum dabo, et hauriam aquam. Et cucurrit iterum ad puteum, ut aquam hauriret.*

Col. 283 C 6. *Sed et in Ecclesia.* Inciderat in codicem mutilum F. interpres, idcirco et truncatam hanc periodum expressit, « Verum in Ecclesia primatum obtinent apostoli, secundum ordinem prophetæ. » Innuat locum Apostoli, I Corinth. xii, 8. Græce enim erat in ms. F. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεῦτερον προφήτας. Ἐὰν οὖν ποτε. Quæ vero addita sunt ex Anglicis, Regius H et I. confirmant.

Col. 289 B 9. *Quinquaginta.* In duobus Regiis et I, tantum erat ἐννακόςια, sed Anglican. addit πέντε, vitiose opinor pro πενήκοντα: sic enim est Genes. ix, 29: Καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Νῶε ἐννακόςια πενήκοντα ἔτη, καὶ ἀπέθανεν. « Et facti sunt omnes dies Noe, nongenti quinquaginta anni, et mortuus est. » Nec refragatur Latina Vulgata; sed et quod dixit de Mathusala, tribuens illi nongentos septuaginta annos, nonnihil diversum est ab eo quod habent LXX, Genes. v, 27: Καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Μαθουσαλά, ὅς ἐζησεν, ἐννέα καὶ ἑξήκοντα καὶ ἐννεακόςια ἔτη, καὶ ἀπέθανεν. *Et facti sunt omnes dies Mathusala, quos vixit, nongenti sexaginta novem anni.* Postremo cum ambigua esset manuscripti scriptura, ἐκείνου legit interpres pro ἐκείνων, propterea vertit, « quo uno deinceps nemo senior vixit. »

Col. 290 B 1. *Qui loco.* Eadem legebantur in F.: ediderat tamen interpres, « qui pro eruto oculo consulit, ut alterum offerat »: at hoc nusquam legimus in Evangelio: sed tantum Matth. v, 39, opponit Christus, *Non resistere malo, sed si quis percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram*: illi legis veteris præcepto Levitici xxiv, 20: Ὁφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος: καθότι ἂν δῶ μῶμον ἀνθρώπων, οὕτω δοθήσεται αὐτῷ. *Oculum pro oculo, dentem pro dente; sicut dederit maculam homini, sic dabitur ei;* et Deuteronomii xix, 21. Apud Procopium, p. 64: « Qui non jam oculum pro oculo effodere, sed unam maxillam ferienti alteram etiam porrigere consulat? » Paulo post μετεωρίζεσθαι τὴν διάνοιαν dixit, ut auctor libri II Machabæorum v, 17, de Antiocho rege: Καὶ ἐμετεωρίζετο τὴν διάνοιαν ὁ Ἀντιόχος. *Et elevatus est mente Antiochus.*

Ibid. 13. *Verum in animi propos.* Annotarat interpres mulilam esse hanc particulam, quam ita vertebat: « In sumendis eduliis ne sit spurcus, aut fædus, sed cordi suo, ac mentis destinationi imprimat, quia Dominus, » etc. Imo pollutionem non esse vult in cibis, ut *Constitutionum monasticarum* cap. 6 ait nos a cibis abstinere, non ut Judæorum ritus sequamur, οὐ γὰρ τῶν τοιοῦτων ἀπεχόμεθα

Ἰουδαίζοντες, ἀλλὰ τῆς τρυφῆς τὴν πλησμονὴν φεύγοντες, « sed ut deliciarum saturitatem fugiamus; » et Augustinus lib. 30 *Contra Faustum* cap. 5 : « Christiani adornandi corporis causa, propter animam ab irrationalibus motibus humiliandam, non quod illa esse immunda credant, non solum a carnibus, verum a quibusdam etiam terræ fructibus abstinent. » Paulo infra citatur locus Proverbiorum xxv, 12, verbis nonnihil diversis; ita enim est apud LXX : Εἰς ἐνώπιον χρυσοῦν σάρδιον πολυτελὲς δέδεται· λόγος σοφός εἰς εὐχκοον οὖς· *In auream inaurem sardium pretiosum ligatum est : sermo sapiens in aurem obedientem.* Apud Procopium pro « verbum pretiosum, » legimus, « verbum operosum, » vitio fortasse typographi.

Col. 294 B 8. *Vidi enim te.* Emendandum est ex altero Regio II et I. quod perperam ex F. editum est, unde Latine hæc eduxerat Tilmannus, « Videns enim vidi morum gravitatem in arcana canitie, quæ et senili sensu prædita est : » at vera lectio exigit, τῷ γὰρ φρονήματι ἐώρακα πρεσβυτικὸν τυγχάνοντα ὁ βλέπων τὴν σεμνότητα τῆς ἐν τῷ κρυπτῷ πολιᾶς. Procopius dixit p. 66 : Ἐπεὶ καὶ πρὸς Ἰερεμίαν οὕτω διελέγετο, μὴ λέγε, ὅτι νεώτερός εἰμι, δεικνύς μὴ οὖσαν ἐν αὐτῷ νεότητα διὰ τὴν τῆς διανοίας τελείωσιν. Ita explenda est illius ex Basilio lacuna, ut coniecit doctissimus interpres Curterius : « Siquidem et Dominus ipse, cum Jeremiam conveniret, ne se Juniorem esse diceret, prohibuit, ut juvenem non esse qui mentis esset senili perfectione præditus, ostenderet. » Dixit Basilius, πολιᾶν ἐν τῷ κρυπτῷ, ut Apostolus Roman. II, 29 : Ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας· « Sed qui in abscondito Judæus est, et circumcisio cordis; » et Matthæi vi, 4 : Ὁ Πατήρ σου, ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ· *Pater tuus qui videt in abscondito.* Sub finem paginæ alter locus est a nobis restitutus apud interpretem, expunctis illis. « suamet auctoritate, per quæ singuli sibi possunt asciscere suismet factis, et ab eis arripere potestatem dominandi. » Non enim ait Basilius illusores arrepturos potestatem dominandi, vel eam factis suis sibi ascituros : sed ipsos Judæos potius peccatis suis promerituros, ut jugo barbarorum subiciantur. Verum ex duobus mss. H, et I, emendandum est in Græco : Ἀλλ' ἀφ' ἑαυτῶν ἔση κυριεύσειν, ἐξ ὧν ἕκαστος ἑαυτῷ διὰ τῶν ἔργων, et apud Procopium p. 66 : Κυριεύσειν φησὶν ἕκαστου τὸ κυριευθῆναι π. α. δ. τ. ἐπισπωμένου· « Qui ab unoquoque ad dominandi licentiam operibus attrahantur.

Col. 298 A 11. *In eorum partes.* Omiserat verbum προσεχώρουν interpres, quod aptum est ad factiones et dissidia seditiosorum, qui tempore Hierosolymitanæ obsidionis omnia turbabant, indicanda : vide Josephum lib. v, vi et vii *De bello Judaico*. Rursus χλανίδα « paludamentum » vertimus, non « torquem, » seu amiculum pertenuæ ac molliculum, quod ejusmodi ornatus aut vestis principem non

A designet. Porro apud Procopium lacuna est, quæ ex hoc Basili Græco textu expleri potest, si ita legamus p. 67 : Γαμικῶν ἐνδυμάτων, καὶ κόσμου τοῦ πρέποντος ἐστερημένον, πτωχεύοντα βρωμάτων πνευματικῶν· « Qui nuptialibus vestibus careat, qui decenti sit cultu destitutus, et spiritualium ciborum penuria laboret, et verum panem, » etc.

Ibid. C 5. Τουτέστι, τὸ σιτομέτριον. Hæc aberant a ms. F. ; non item ab H. et I. Idcirco interpretis verbis adjecimus, « hoc est, tritici mensura. »

Col. 299 B 5. *Non contradicant.* Hæc omissa fuerant ab interprete, quæ tres tamen mss. uno consensu exhibent. Ubi notanda probitas illius sæculi, quo sejungebant se ab omni dignitatum ecclesiasticarum ambitu viri sancti, quod et exemplo suo confirmavit S. Joannes Chrysostomus, cum fuga consulens sibi, occultavit se, ne ad episcopatum promoveretur, et librum defensionis suæ ad Basilium socium et contubernalem suum scripsit, quo inter alia difficultates exponit, quibus episcopi munus obsessum est, libris sex *De sacerdotio*, ut tradit Socrates, lib. vi *Histor.*, cap. 3. Testatur etiam idem illud studium fugiendi episcopatus apud veteres epistola illa concilii Valentini ad Foro-Julienens., qua declarant quosdam horrore suscipiendi sacerdotii sese aliquod commisisse delictum esse confessos, cujus gratia possent ab illo depelli. Ambrosius etiam ut dignitatem effugeret, credulis voluit et impudicus videri. Vide Paulinum, in ejus *Vita*, et Baronium, an. 374, 6.

C Ibid. 13. Τὸ ἄξιός εἶναι. Contrarium eliciebat ex his verbis interpres, « docens indignum se esse, qui præsideret : » atqui hoc ipso se dignum esse ostendebat, quod humilis ac modestus esset.

Ibid. D 5. Μεσταὶ ἀνομιᾶς. Emendandum hic μετὰ ἀνομιᾶς, quæ varia lectio, in margine apographi addita, præferenda fuit alteri ; eamque sequitur interpretatio.

Col. 302 A 8. *Cum eorum lingua.* Conjunxit cum verbo ἀντιλέγειν, non cum μελετᾶ, vocem γλώσσης intorpres, nec animadvertit apud Davidem linguam dici μελετᾶν, psal. xxxiv, 23 : Καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσεται τὴν δικαιοσύνην σου· *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam ;* et xxxvi, 28 : *Os justi meditabitur sapientiam,* ubi perperam in Germanicis Bibliis vertitur, « curabit sapientiam. » non enim est μέλει, sed μελετήσεται, in quibus locis verbum Hebræum מַלְלָה non solum « meditari » sonat, sed etiam « mussitare : » itaque etiam psalmo cxiii, 15, φωνεῖν vertitur, οὐ φωνήσουσιν ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν, *non clamabunt in guttare suo.* Idcirco hic delevimus illa verba interpretis : « ut meditarentur nocte ac die legem Domini, lingua eorum contradicebat. »

Ibid. C 2. *Quod populus.* Cavendum interpreti, ne similitudo vocum eum fallat, ut hoc loco τὸ ἀνίατον « incurabile malum, » existimavit esse παρὰ τὸ ἀνιᾶν quod est, « molestiam inferre, »

scripsitque, « populi ægre ferentis, quod responderit. » Atqui ἀνάτων est τὸ ἰᾶσθαι μὴ δυνάμενον, « quod sanari non potest. » Sed sequenti pagina recte hoc animadvertit, ἀνάτων νοσοῦσιν, « insanabiliter ægrotant. »

Col. 303 B 13. *Significare Christum.* Restituimus hunc locum ex altero Regio H. et Anglicis, in quorum uno legebatur τὴν περὶ αὐτούς· at Procopius compendiose, ἀ δὲ ποικίλως ἐπινοεῖται Χριστός· « quibus varie significari Christum intelligimus. » In F. calamo exaratum reperit Tilmannua, κατὰ ποικίλην τὴν περὶ ἑαυτοῦς συμβουλίαν καὶ ἐπίνοιαν ὁ Χριστός· « Cuncta faciunt ad multiformem illam contra semet consultationem et molitiones. » Idem paulo post scripserat, « Dimidia enim mali pars se stitit intra peccatum in ipso peracri voluntatis affectu : » sed aborat a Regio F. quod aliud H. suggestit et apographum Anglicum, quod quia minus eleganter scriptum erat, operæ typographicæ Regium codicem sequi maluerunt, ideoque Græce omiserunt illud, quod interpretis verbis addideram : « Est enim perfecta malitia, cum quis, » etc. Τελεία γὰρ κακία τὸ καὶ γνώμη καὶ πράξεις ἀμαρτάνειν ἡμῶν δὲ τοῦ. Sic enim erat in H. et Anglic. Hinc corrigendus est Procopii Commentarius p. 68, qui hæc in compendium redegit : τὸ τέλειον εἰπὼν ἐν κακίᾳ, σοὶ τὸ λείπον ἐξ ἀναλόγου κατέλιπε. Τὸ γὰρ ἔργον τελειοῖ, ἡ δὲ τῆς διανοίας ὁρμὴ ἀτελής.

Col. 305 C 13 Καὶ ἐν ἐμοί. Hæc aberant ab apographo Anglic. quæ ex regiis mss. F. et H. et I. addidimus. Apud Joannem xiv, 30, tantum habetur : Καὶ ἐν ἐμοί οὐκ ἔχει οὐδέν· *Et in me non habet quidquam.* Testatur tamen Theodorus Beza in duobus exemplaribus Novi testamenti fuisse, ut hic legit Basilius, οὐχ εὐρήσει, « non inveniet. » Ita loquebatur et beatus Martinus morti proximus : « Quid adstas, cruenta bestia? Nihil in me funesti reperies. » Severus in *Vita S. Mart.*

Col. 307 D 1. *Semitam.* Hic repetierat interpres hanc sententiam tanquam textus partem, neque cum præcedenti membro conjunxerat; hoc enim sibi vult auctor, eos, qui præter meritum laudant, semitam pedum conturbare, et ut ait Procopius, Συνέχεον αὐτῶν τὰς ὁδοὺς, ταῖς σκιαῖς ἐναπομεῖναι κελεύοντες. « Vias eorum confundebant, qui umbris acquiescere jubebant; » siquidem τὸ μακαρίζειν, etsi ad verbum nonnunquam sonat beatum reddere vel beatificare, ut ediderat interpres; plerumque tamen beatum judicare vel prædicare apud profanos etiam auctores significat, unde Aristoteli i *Rhetor.* μακαρισμός et εὐδαιμονισμός laudationis præcipuæ species sunt. Sic et Ecclesiastici xi, 30 : Ἡρὸ τελευταῖος μὴ μακάριζε μηδένα. *Ante mortem quemquam ne laudes hominem.* Vulgata quoque Isaiæ iii, 12, *Qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt.* Vox quippe Hebræa ἔσεν non aliud sonat, ut psal. cxliii, 15 : Ἐμαρτισαν τὸν λαόν, *beatum dixerunt populum* : nonnunquam tamen μακαρίζειν beatum facere interpretatur Itala vetus, ut psal. xl, 2 : Καὶ μακαρίσαι

αὐτὸν ἐν τῇ γῆ. *Et beatum faciat eum in terra.* Chaldaea versio ibidem, *Et dabit ei beatitudinem in terra.* S. Hieronymus, *et beatus erit in terra.*

Col. 313 A 14. *Non enim est judic.* Lectionem hanc F. ms. exprimebat his verbis Tilmannus, Οὐ γὰρ τοῦ κρίνοντός ἐστι μετὰ τῶν κρινομένων ἔρχεσθαι πρὸς κρίσιν, ἀλλὰ μετὰ τῶν κρινομένων μετ' ἀλλήλων α. π. π. κρ. « Non enim interest iudicis, cum jam præjudicatis venire ad iudicium, ut inter se obvii sint iudici. » Verum aptior est ea, quam ex H. I. et Angl. expressimus. Quin etiam in membro præcedenti præferebat F. οὐκ ἐπὶ τῷ κρίναι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ διακρίναι· « sed ut alios secernat; » verum in Anglico est : ἀλλ' ἐπὶ τῷ διακριθῆναι, « sed ut iudicio contendat, » vel « ut iudicio experiatur. » A Regio H. istud ultimum penitus aberat. Ex eodem et I. F. A. addidimus interpretationi pagina sequenti « et mercede conductis, » etc., quæ fuerant prætermissa.

Col. 317 A 8. Ἐπὶ τῷ κάτω. Rectius in H. et I. ἐπὶ τὸ κάτω, quod adjectum est apographo Anglico hic mutilo; sed expunximus a versione sine causa repetitum illud, « terram versus. » Paulo post ubi de basilisco agitur, scriptum erat, « cum solo aspectu corrumpere; » at διαφθεῖρειν hic est « necare. » Non enim solum inficit, sed interficit. Plinius. lib. xxviii, cap. 4, *Historiæ* : « Basilisci, quam etiam serpentes ipsi fugiunt alios olfactu necantem, qui hominem, vel si aspiciat tantum, dicitur interimere, sanguinem magi miris laudibus celebrant. » Idem, lib. viii, cap. 21, narrat, et Cyrenaicam provinciam eum generare xii digitorum non amplius magnitudine; Ælianus etiam lib. ii, cap. 5, *De animalib.*, eum esse palmi longitudine scribit, Σπιθαμῇ δὲ τοῦ βασιλίσκου τὸ μῆκος ἐστὶ, καὶ μέντοι καὶ θεασάμενος ὁ τῶν ὄψεων μέγιστος αὐτὸν ἐκ τῆς τοῦ φουσίματος προσβολῆς οὕτως ἐστὶ. « Vel serpentum maximum illius aspectu statim expirationis appulsu torrescit. » Sed lib. i i, cap. 31, basiliscum ait viso gallinæo tremere, et audito illius cantu, terrore concussum, emori : quam ob causam, illi, qui per Africam iter faciunt, gallum itineris comitem sibi adjungunt.

Col. Ibid. C 4, *Atque utinam.* Ἐθε δὲ μὴ καὶ τῆς Ἐκκλησίας αἱ θυγατέρες τὰ αὐτὰ ἐγκαλοῖντο· sic legendum ex H. I. A., non ut erat in F. εἴτε δὲ μὴ, et ἐνεκαλοῦντο, unde expressit interpres, « At non filie etiam Ecclesiæ ob eadem in jus vocatæ sunt. » Ex iisdem mss. codicibus correximus paulo ante in Anglico apographo mendosum illud, τὰς ἀρχηγούς αὐτῶν τὰς θυγατέρας Σιών. Sed quamvis recte scriptum esset, paulo post in F. παιδιαῖς ἀσέμνοις, se legisse putavit interpres, παιδείαις, *se dedunt inhonestis disciplinis.*

Col. 319 B 10. *Est igitur opus.* Sustulimus notam interrogationis, quam Græca non agnoscunt, et emendavimus ex Regiis quod erat in Anglico, καὶ οὔτινας ἡμῶν τῶν τιμωμένων, et immutavimus illud interpretis : « Quod igitur est opus Domini? Revelare habitum; et itaque inter nos si honore afficiantur

hoc prætextu. » Paulo post annotarat doctissimus Tilmannus pro καλυφθήσεται in F. corrigendum ἀνακαλυφθήσεται: sed alter Regius et I. et Angl. exhibere scriptum οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, ut est Matthæi x, 26, et Lucæ xii, 2.

Col. 322 C 1, *Nexus quosdam*. Κοσμήτους exponit auctor, ἀποδέσμους τινὰς τῶν κροσσῶν quos interpretes verterat, « quasdam fasciolas fimbriis assutas, id est, vestes fimbriatas cum appendentibus tintinnabulis. » S. Hieronymus, epist. 130, numerat inter vestimenta sacerdotalia superhumeralia et tunicas κοσμητώτας et cidarim, in quem locum scribens Marianus Victorius, docet fimbriatum vestimentum significari, quod Hesychius κοσμητώτων κροσσώτων interpretetur, id est, fimbriatum, et Exodi xxviii, ubi Vulgata lineam scriptam transtulit, Græce est κοσμητώτων: alii malunt κοσμητώτων dici tunicam nodis substrictam, et exponunt Exodi xxviii, κόσμητοι τῶν χιτῶνων ἐκ βύσσου, « nodi tunicarum ex bysso. » Certe Pollux lib. ii, cap. 3, κοσμητήν pro crinium modo accipi admonet, quem κρόβυλον potius Attice vult appellari: Ἐτρεφον δὲ τινες ἐκ πλαγίου κόμην ἢ κατόπιν ἢ ὑπὲρ τὸ μέτωπον, ποταμοῖς ἢ θεοῖς, καὶ ὠνομάζετο πλοχμός ἢ σκόλος ἢ σειρὰ τριχῶν· κοσμητή δ' οὐκ Ἀττικόν, ἀλλὰ κρόβυλος: « Nutriebant vero comam quidam in obliquum vergentem, aut super tergum, aut super frontem, fluminibus aut diis consecratam, quæ πλοχμός aut σκόλος nominabatur. Non enim κοσμητή, sed κρόβυλος, Atticorum est. » S. Augustinus in *Quæstionibus in Exodum* lib. ii, quæst. 114: « Tunicam vero cum cornibus honestius putarunt Latini interpretes dici, quam si dicerent, cum cirris, qui bene dispositis ornamento esse vestibus solent. » Cum igitur Exodi xxviii, 35, κόσμητοι sunt nodi tunicarum ex bysso, videntur appellationem nacti ex similitudine cirorum vel crinium, qui sunt nodi sive nexus capillorum; propterea nexus fimbriarum hic interpretatur. Paulo post ἐγκομβώματα κροσσῶν vertimus « ornatum fimbriarum, » quod dicat Petrus, Epistola i, 5, ἐγκομβώσασθε τὴν ταπεινοφροσύνην, « humilitatem insinuate, » vel « estote intus humilitate ornati: » quod vetus Lexicum ἐγκομβώμα exponat δεσμὸν τῶν χειρῶν, « nexum manicarum » sive nodos fimbriarum manicis assutos. Alii malunt ἐγκομβώματα dici vestimenta quædam, ut Hesychius κόσμητον esse dicit ἐγκομβώμα καὶ περίζωμα Αἰγύπτου, « subligaculum vel amictum Ægyptium. »

Ibid. 13. *Alter quidam*. S. Hieronymus in ii Isaïæ: « Hæc omnia licet LXX interpretes, Aquila, et Symmachus, ac Theodotio diversis modis interpretentur, nos ut potuimus, vel de Hebræo, vel de ipsorum translatione texuimus. » In textu etiam prophetæ, quem vulgavit doctissimus Joan. Curterius ex vetustissimo codice qui nunc est illustrissimi cardinalis Rupifucaldii, annotatur in margine προμηνίσκουρος, lunulas, Symmachum edidisse μανιάνκας, torques, et pro τὰ καθέματα, monilia, χαλαστά, catenulas. Nam et ita legimus apud LXX

A II Paralipom. iii, 5, ἔγλυφεν ἐπ' αὐτοῦ φοίνικας καὶ χαλαστά. Ubi Vulgata Lat.: *Sculpsitque in ea palmas, et quasi catenulas se invicem complectentes: ad verbum, laxatiles sunt catenæ.*

Col. 223 A 10. *Supercilia pingit*. Immutavimus illud interpr.: « Similis lunæ in cornua inflexæ supercilia suo ambitu circum oculos amplectitur. » Significat Basilius, delineari circum oculos supercilia, ut velut in arcum lunata illos ambient. S. Hieronymus ep. 10: « Non habuit stridentes calceolos, nec orbis stibio fuliginatos. » Epist. 27: « Turpanda est facies quam cerussa et stibio sæpe depinxi. » S. Joannes Chrysostomus in tractatu a nobis vulgato de S. Josepho: Μέλανι τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφουσα, « oculos stibio pingebat. » Tertullianus, *De cultu feminarum*, cap. 5: « Quæ genas rubore maculant, oculos fuligine circumlinunt. » Pollux lib. v, cap. 16: Τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφει, τὰς ὀφρῦς μελαίνει, εἰς γραμμὰς ἡμικυκλίωσιν περιάγει γεωμετρεῖ περὶ ἐπισκύνιον. « Oculos subtus inficit, supercilia denigrat, lineas semicirculares circumducit, frontem dimelitur, » vel potius, « geometriam in superciliis exercet. »

Col. 327, A 7. *Quod autem nemine*. Aliam sententiam exhibebat edita versio, « Si quidem nemo videt unum aliquem seorsim et privatam degentem vitam vestes luculentas circumjicere per ædes. Hæc enim declarant excessum omnem, quo istæ abutebantur. » Quod autem attinet ad illa Laconica pellucida, S. Hieronymus ait ita LXX esse interpretatos, volentes tenuissimas significare vestes, quibus Lacedæmoniorum, qui fuerunt ad bella promptissimi, et austerioris vitæ, corpora tegebantur; alii referunt ad purpuras Laconicas nitentes et splendentes, quod Laconicas purpuras esse pretiosissimas scribat Plinius, lib. xxxv *Histor.*, cap. 6. Basilius tamen Lacænarum vestes pellucidas fuisse vult, cujusmodi fuerunt Coæ vestes a poetis Latinis celebratæ. Tibullus, eleg. 3, lib. ii:

*Illam gerat vestes tenues, quas femina Coa  
Texuit.....*

et Horatius, lib. i, satyra 2:

*Altera nil obstat, Cois tibi pene videre est  
Ut nudam.....*

Propertius, lib. ii, eleg. 1:

*Sive togis illam fulgentem incidere Cois.*

Coa enim vestis puellarum fuit fama non nimium bona. Plinius, de bombycibus, lib. xi, c. 22: « Telas araneorum modo texunt, ad vestem luxumque feminarum. Prima eas redordiri rursusque texere invenit in Ceo vel Co, mulier Pamphyla, ut denudet feminas vestis. » Clemens Alexandrinus hæc de vestitu Lacænarum, lib. ii *Pædagog.*, cap. 10: Οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ γόνυ καθάπερ τὰς Λακωνίας ἐστολισθαὶ καλόν· οὐδὲν γὰρ μέρος ὀτιοῦν ἀπογομνοῦσθαι γυναικὸς εὐπρεπές. « Neque enim sicut Lacænas virgines supra genu vestiri honestum: nullam enim partem feminæ nudari decorum est. » Lacænas etiam φαεινομηρίδας appellavit Ibycus, quod incessu coxas retegerent, et ἀνδρομανεῖς, quasi insano in viros amore



ardentes apud Plutarchum sub finem *Vitæ Numæ*. A

Col. 321 B. 10. *Purpura pro*. Hæc ut Græce desiderabantur in Regio F. et ex H. I. et Angl. suppleta sunt, ita eorum interpretatio Latina textui est addita, ut quatuor elementorum figura perfecta in vestitu sacerdotali appareret, quam etiam exponit S. Hieronymus epist. 128 : « Quatuor colores ad quatuor elementa referuntur, ex quibus universa subsistunt. Byssus terræ deputatur; quia ex terra gignitur. Purpura mari, quia ex ejus cochleolis tingitur; hyacinthus aeri, propter coloris similitudinem; coccus igni et ætheri, qui Hebraice  $\text{יָצוּב}$  sen appellatur: et justum esse commemorant, ut pontifex Creatoris non solum pro Israel, sed pro universo mundo roget.» Theodoretus, de tegminibus tabernaculi agens, quæst. 60 in *Exodum* : Τὸν δὲ ὄροφον εἶχον ἐξ ὑφασμάτων ποικίλων ἐκ διαφόρων κατεσκευασμένον χρωμάτων, καὶ ταῦτα δὲ τῶν τεσσάρων στοιχείων ἦν τὰ αἰνίγματα. Ὁ μὲν γὰρ ὑάκινθος τῷ ἀέρι προσέοικε· τὸ δὲ ῥοδοειδὲς ἢ κοκκοβαφὲς τῷ πυρὶ, τὸ δὲ ἀλουργικὸν μὴνύει τὴν θάλατταν· ἐκείνη γὰρ τρέφει τὴν κόχλον, ἐξ οὗ τὸ τοιοῦτον γίνεται χρῶμα· ἢ δὲ βύσσος τὴν γῆν· ἐκ ταύτης γὰρ φύεσθαι λέγεται.

« Tegebantur variis texturis diversis tinctis coloribus, qui quidem quatuor elementa subindicabant. Nam hyacinthus ad naturam aeris accedit; rosaceus autem color, seu cocco tinctus, ad naturam ignis; purpureus autem mare denotabat, in quo enutritur concha, unde color ejusmodi sumitur; byssus autem terram referebat, unde nasci dicitur.» Josephus demum, lib. III, cap. 8, *Antiquit.* : Τὰ τε γὰρ φάρση ἐκ τεσσάρων ὑφανθέντα τὴν τῶν στοιχείων φύσιν δηλοῖ. Ἡ τε γὰρ βύσσος τὴν γῆν ἀποσημαίνειν ἔοικε, διὰ τὸ ἐξ αὐτῆς ἀνιῆσθαι τὸν λίνον· ἢ τε πορφύρα τὴν θάλασσαν, τῷ πεφοινίχθαι τῆς κόχλου τῷ αἵματι τὸν δὲ ἀέρα βούλεται δηλοῦν ἢ ὑάκινθος, καὶ ὁ φοινίξ δ' αὖ τεκμήριον τοῦ πυρός. « Vela quoque e quatuor coloribus contexta elementorum naturam designant. Nam byssus terram referre videtur, ex qua lini hoc genus provenit; purpura vero mare, eo quod conchylii cruore sit fucata; aerem vero hyacinthus representare videtur, sicut puniceus color ignem.» Merito igitur ordinem dictionum interturbatum restituiimus, cum antea sic expressa essent ista, quasi mulieres essent indutæ vestimentis, quæ suis coloribus elementa representarent, sed et in Græcis adhuc ex Reg. II. corrigendum est et altero Angl. ὁποῖα ἐκεῖνοι σύμβολα, « indutæ, qualia erant ea, quibus sacerdotes induti.»

Ibid. 14. *Accubitoria*. Scripsimus *accubitoria*, et in Græcis κατάκλιτα, quod in eam lectionem consentiant duo Regii F. H. et I. cum Anglicis. Interpres tamen quoniam in Bibliis Plantinianis et Germanicis apud prophetam legitur θέριστρα κατάκλειστα, verterat, « theristra clausa.» Et vero in quibusdam etiam Basilii exemplaribus ita legi admonet vir doctissimus Flaminius Nobilius in editione Romana LXX, quemadmodum et in nonnullis Isaïæ prophetæ libris Græcis: verumtamen sine

dubio scripsisse Basilium κατάκλιτα indicat ipsa etymologia, quam affert, quod toralia designentur, sive tapetes, quibus lecti non lecticæ insternebantur, cum discumberetur, ut apud Virgilium, i *Aeneid.* :

.....*Stratoque super discumbitur ostro.*

Sic apud Tertullianum, *De pallio*, cap. 3, intelligit Pamelius illud de pavone: « Quamquam et pavo pluma vestis, et quidem de cataclitis, imo omni conchylio depressior, » id est, de accubitis, quibus ad accumbendum utebantur, tametsi Suidas non toralia, sed κλίνας, lectos, esse vult τὰ κατάκλιτα. Sed nec illi assentiendum puto, nec aliis qui παρὰ τὸ κατακλύζειν deducunt illud « cataclitis, » cum scribendum potius fuisset, de cataclystis: verum optime conjecisse doctissimum Theodorum Marcellium hic emendandum, de cataclitis, ex Fortunato, lib. *De vita S. Martini*,

*Cycladis aut qualis cataclitis effora vasis,*  
et libro IV,

*Quæ manus artificis cataclistica fila rotavit;*

et ex Apuleio, lib. XI, « Eas amœnus lectissimæ juventutis veste nivea et cataclista renitens sequebatur chorus; » non autem ex Tertulliano corrigendum Apuleium, ut volebat Jo. Mercurius J. C., cum illam emendationem confirmet hæc lectio Græci textus LXX, ubi θέριστρα κατάκλειστα dicuntur « palliola clausa, » et alia Senecæ, lib. I *De tranquill.*, et Ammiani Marcellini loca, ex quibus constat commendari potissimum vestes, quæ ex arculis proferuntur pressæ pendentibus ut magis splendeant: neque facile occurrere possit auctor, qui vestes cataclitas dicat, sed cataclita tantum toralia vocantur. In textu etiam Græco a Curterio edito non κατάκλιτα legimus apud LXX, sed κατάκλειστα. Ex Hebræo non potest liquere utra vox sit aptior, quod hoc additum sit Hebræo textui a LXX, ut ex S. Hieronymo constat, qui habet tantum « et theristra: » quam ob causam Basilus ait hic obelo notatam illam dictionem, ab Aquila, Symmacho et reliquis omissam, ut cætera obelo jugulabantur in editione Origenis, quæ Hebræo fuerant addita, sicut antea in illud Geneseos annotavimus, « Et congregata est aqua, » homil. 4 in *Hexæm.*

Col. 330 B. 8. *Et incensum*. Scripturæ locum designavimus, in quo fit mentio olei unctionis et thymiamatis compositionis, quod Vulgata « thymiamata aromatum » vocat. Porro cum hic aliquid deesse arbitraretur iuterpres, adjecerat aliquot verba, et unam periodum in duas diviserat: « Fortasse enim postquam in templo esse cœperunt voluptuosæ fragrantiae odores, tunc unguentum sacre unctionis et thymiamata compositionis esse desierunt. In terram enim disjectum.»

Col. 331 C. 3. *Ante virilem*. Interpres ediderat, « præripi morte ante messoriam falcem: » quod ἀκμήν non animadverterit, non solum aciem sive cuspidem sonare, sed etiam τὴν νεότητά, juventutem, et ἐν ἀκμῇ sive τοὺς ἀκμάζοντας, ætate flo-

rentes, τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ καθεστηκυίᾳ, ut infra Basiliius dixit, οἱ ἐν ἡλικίᾳ πάντες, « qui consistunt in ætatis vigore. » Sed et illic a mente auctoris discessit, emendato codice destitutus et vertens, « ut nulli usui occupasse videantur suæ robur ætatis, aut certe quia auxilio destituti sint, non admodum difficiles ad toleranda omnia ; » verum ex Regio et I. restituendum est ἢ διὰ τὸ ἀβοήθητος.

Col. 334 C 3. *Et molestiam.* Pro ἀγῶνα αὐτοῦ annotarat Tilman. se legere ἀγωνίαν ἐαυτῶν, scripseratque « proin velle se levare et consolari suam orbitatem dicunt simul plures : » nos contra consensum omnium codicum nihil in Græcis immutavimus, sed in Latinis, ut et paulo post χρῆσον retinuvimus, neque cum illo correximus κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς, « invocetur super nos. » Imo, « commoda nobis nomen, ut dicamur uxores talis viri. »

Col. 335 C 11. *Cum enim propria.* Quæ fuerint a nobis expuncta non exprimemus, sed et hic et in aliis hujus commentarii locis, quæ immutata sint vel emendata, pluribus non exponemus, ne prolixiores sint hæ notæ, tantumque digito velut intento indicabimus eas sententias, quæ cum aliis collatæ editionibus, quid in hac Græco-Latina sit præstitum lectori studioso significabunt. Pagina sequenti scripsimus κρίσεως ἡμέρα pro κρίσεως ex F. H. et paulo post λείμμα pro λῆμμα· illud κατ' ἐκλογὴν χάριτος, *secundum electionem gratiæ*, est ad Roman. xi, 5.

Col. 342 A 2. *Quando igitur.* Omiserat hic integram lineam Græci textus interpres, quam et Regius F. exhibet, et novam periodum inchoarat verba illa vertens, καὶ ὁ λόγος αἰνίσσεται, « Quin etiam tacite innuit duas esse species baptismatis, ne quando ad ternionem usque progrediatur baptisma. » Porro illud, πνεῦμα καύσεως, *spiritum ardoris*, de baptismo etiam exponit Cyrillus Alexandrinus in Commentario : Καύσεως δὲ πνεῦμά φαμεν τὴν ἐπὶ τοῦ ἀγίου Πνεύματος χάριν οὐ δίχα πνεύματος ἐν ἡμῖν γινομένην. « Ardoris vero spiritum dicimus gratiam in sacrosancto baptismo, non absque spiritu nobis ingeneratam. »

Col. 346 C 1. *Et male obsequentes.* Non animadvertit Evangelii et apostoli Pauli verbis uti Basilium interpres, « maligne obsequentes attentos reddebat, » et, « lamentatio erat impœnitentem conficiens mœrore ac tristitia ad salutem. » Imo ἀμεταμέλητον σωτηρίαν dieit, non hominem impœnitentem, sed salutem ἀμετακλήτητον· vel certe μετάνοιαν ἀμεταμέλητον dixit Apostolus, II Corinth. vii, 10, *pœnitentiam, cujus nos non pœniteat*, ut dona Dei dicuntur ἀμεταμέλητα, Roman. i, 29, atque ita videtur accepisse S. Joannes Chrysost. homil. 15 : Οὐδεὶς ἐαυτοῦ καταγνώσεται, ἐὰν λυπηθῇ ἐφ' ἀμαρτίᾳ, ἐὰν πενθήσῃ, καὶ ἐαυτὸν συντρέψῃ· « Neque enim quisquam unquam sibi eo nomine succensebit, quod ob peccata sese mœrore afflixerit, atque obtriverit. » Infra τὴν γῆν τῆς κατασχέσεως dixit, quod Tilmannus vertit, « promissionis, » quasi κατάσχεσις idem hic valeret, quod

A ὑπόσχεσις vel ἐπαγγελία· cum proprie sit possessio : Psal. ii, 8 : Δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς· *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* : et idem verbum Hebræum κληρονομία vertitur II Paralipom. xxxi, 1.

Col. 356 A 8. *Quandoquidem.* Hæc quoque prætermissa fuerant ab antiquario seu librario, qui Regium F. excripsit, restituta ex altero Regio II. et Anglicis, cum versione sua : porro illud ἐν χειρὶ μασίτου est ex Epist. ad Galat. iii, 19. De angelo custode unicuique attributo dictum est alibi, in psalmum xxxiii, 3 : *Immitet angelus, vel castrametabitur.*

Col. 362 B 1. *Non est enim.* Locus est Jeremiæ xiv, 22 : Μὴ ἔστιν ἐν εἰδώλοις ἐθνῶν δεύζων ; Καὶ εἰ ὁ οὐρανὸς δώσει πλησμονὴν αὐτοῦ, οὐχὶ σὺ αὐτός ; *Nunquid est in idolis gentium, qui pluat ? Quod si cælum dabit satietatem suam, nonne tu es ipse ?* Alter autem, *Et pluam super unam*, nihil discrepat a verbis Amos iv, 7. Tertius demum est Ezechielis iv, 6, nonnihil diversus : illic enim est in Bibliis Basiliensibus et apud Polychronium atque in manuscriptis, quorum meminit Flaminius Nobilius : Καὶ ἐγὼ δέδωκά σοι τὰς δύο ἀδικίας αὐτῶν εἰς ἀριθμὸν ἡμερῶν ἐννενηκόντα καὶ τριακοσίας ἡμέρας· « Et ego dedi tibi duas iniquitates ipsorum in numerum dierum nonaginta scilicet et trecentos dies. » S. Hieronymus in eum locum testatur ita LXX edidisse ; itemque Aquilam, Symmachum et Theodotionem, licet vulgata exemplaria centum nonaginta annos habeant : at Basiliius, pro nonaginta et trecentos, dixit, « nonaginta tres. »

Col. 366 B 7. *Et oculus inexhaust.* Interpres scripserat, « quam si definieris tecum nihil omnino possidere. » At συνορίζεσθαι non est hic « definire apud se, » verum « confinio jungi. » Paulo post in ms. F. perperam scriptum fuit οὐ λήψει, unde Tilmannus verterat, « ipse autem nihil omnino abste accipiet : » at multo rectius in H. et A. οὐ λείψει, « non deficiet. »

Col. 371 A 10. *Juxta igitur.* Non ut antea erat, « juxta igitur parœmiam, » ne quis profanum esse putet adagium : est enim apud Salomonem, Proverbior. xxiii, 31 : Εἰ γὰρ εἰς τὰς φιάλας καὶ τὰ ποτήρια δῶς τοὺς ὀφθαλμούς σου. *Si enim in phialas et pocula dederis oculos tuos.* Quod vero sequitur τὸν γενετιουργὸν ἐννοεῖν, est ex Sapientiæ xiii, 5. Ψυχτῆρων fit mentio, I Esdr. i, 9.

Col. 371 D 4. *Sæcularium.* Ταῖς ἔξωθεν dixit, ut ab ecclesiasticis sæculares distinguat, non a Christianis gentiles aut paganas, quemadmodum intellexit interpres, « ut præfecturis istis a Christiana frugalitate abhorrentibus nonnihil accrescat honestatis. » Rursus omiserat illud, τὸ ἐπονείδιστον περιστέλλουσα, tantum enim scripserat, « quod plane vituperandum est. »

Col. 379 C 6. *Ad occasum.* Non ut antea erat, « ad retinacula vitæ ; » perperam enim calamo ex-

aratum erat in F. μέχρι τῶν δεσμῶν. At emendatum est ex H. et A. μέχρι τῶν δυσμῶν τῆς ζωῆς. Δυσμή « solis occasum » sonat : transfertur etiam ad vitæ finem. Hesychius et Suidas δυσμαῖς βίου, τῷ τέλει ζωῆς.

Col. 382 B 6. *Qui ex Caini.* Καθήκοντος dixit, quod καθήκειν *devenire* sonet. Procopius dixit καταγομένου, p. 77 : ἄ τοῦ Ἰωθάλ ἐστὶν εὐρήματα τοῦ ἐκ τοῦ Κάιν καταγομένου, « quorum auctorem illum, qui Caini soboles exstitit, accepimus. » Et annotatur Genes. iv, 17. Nam ex Cain ortus est Henoch, ac deinde ex Henoch Irad, ex Irad Maviaeb, ex quo Mathusael, et ex isto Lamech, cujus filii Jabel et Jubal. Male interpretis ediderat, « Jubal qui ex genealogia sibi conveniente, nempe ex Cain prognatus scribitur. »

Col. 386 D 4. *Detestandum.* Interqres legit in F. πρὸς τῷ ἐναργεῖ, « quod nulli non colliquescit. » melius in H. τῷ ἐναργεῖ ut edidimus : neque enim ἐναργές, « manifestum » est Davidem omnes peccatores terræ interfecisse.

Col. 406 C 1. *Valere rationes.* Non ut Tilmannus, « qui audent profiteri se esse pares scribendis de unaquaque re libris. » Merito tamen postea in margine addiderat τῆς ἐποχῆς inventorem fuisse Pyrrhonem, qui assensum præberi vetabat. Vide Diogenem Laertium, lib. ix, p. 670 : οὐ γὰρ μᾶλλον τόδε ἢ τόδε εἶναι ἕκαστον, « neque enim esse quidquam istud potius quam illud. » Omiserat paulo post idem interpretis illa verba, quæ Græca suggererat ms. F., « nigrum esse argentum propter rubiginem, quam effundit. » Ibidem οἷς προσομιλήτη verterat, « quibuscum ne diutius congregiare familiariter, » licet absit negatio, et ὁμιλεῖν non significet tantum familiariter congregiare, sed etiam immorari, versari in re aliqua, ut apud Thucydidem ὁμιληκῶς πολέμῳ, « versatus in bello : » et apud Chrysostomum, homil. 1 *De pœnitentia*, p. 660 : Καὶ πολλὸν χρόνον ὁμιλήσαντες τῷ πυρί, « atque in igne multo tempore versati : » et lib. 1 *De Providentia*, p. 458 : ὡς καὶ ὁμιλῆσαι γάμοις, « ut et uxores ducerent. »

Col. 418 C 11. *Non tamen de eo.* Tilman.: « Ait enim Scriptura nondum immobilem esse circa tales animæ affectus : quin de eo disserit, » etc., quæ plane a mente auctoris aberrant. Sic restituendus est et apud Procopium locus p. 86 : ὅτι μήπω λέγει τὸν ἀπαθῆ. Sequitur locus ex Proverbiis xii, 16, ubi sic habet : Ἀφρων αὐθήμερον ἐξαγγέλλει ὀργὴν αὐτοῦ, κρύπτει δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀτιμίαν ἀνὴρ πανοῦργος. « Fatuus ipso die indicat iram suam : celat autem suam ignominiam vir callidus. » Apud Procopium legimus ἐξαγγελεῖ, *indicabit, prodet*, ut apud Nobilium scholium Græcum δηλώσει θυμὸν αὐτοῦ, « patefaciet furorem suum, » et Theodotio γνωρίσει, « notum faciet. »

Col. 419 B 1. *Flamma accensa.* Φλογὸς ἀνημμένης scriptum exhibent duo Regii codd. F. et H. nec aliter legi apud Cyrillum annotat Nobilius, « a

flamma accensa : « quamobrem sane mirum, quod idem contendit apud Basilium legi, quemadmodum apud Procopium et in edit. Romana, ἀνειμένης, « a flamma resoluta : » nisi forte illum in errorem impulit interpretis Latinus, qui scripserat, « a flamma effusa, » vel alium codicem scriptum nactus est. Vulgata Latina dixit cap. v, 24, « et calor flammæ exurit. »

Col. 428 B 8. *Isti quasi.* Hæc ad verbum e Græcosunt expressa, et in locum eorum substituta, quæ interpretis adjecerat. Reliquum enim textus capituli quinti verterat prophetæ, et Italico caractere expresserat, nec esse Basilius verba animadverterat illud textus reliquum in compendium redigentis.

Col. 427 D 1. *Et ignis versatur.* Ita scripsimus, non cum Tilmanno, « aspectus, qui versatur circa concretionem : » non enim ait aspectum flammæ, dici carbonem. Procopius in Isaiam p. 88 : ἄνθραξ δὲ ἐστὶ πῦρ γεωδὲς μετὰ τὴν τῆς φλογὸς πάροδον τῆ παχυτέρα ὕλη ἐναπομεῖναν. « Est autem carbo ignis ille terrenus, qui exstincta flamma solet in crassiore remanere materia. » Non igitur exponit hic Basilius illa verbis ὑπὸ φλογὸς ἀνημμένης. ut videtur existimasse Flam. Nobilius in Notis suis, sed quid sit ἄνθραξ « carbo, » exponit. Quod si vera esset distinctio Isidori, ἄνθραξ hic « pruna, » potius esset. « Pruna est, inquit, quandiu ardet : cum exstincta fuerit, carbo nominatur. Pruna a perurendo dicta est : carbo vero quod flamma caret. » Sed et apud Plinium, lib. xviii, dicitur etiam carbo, quando ignitus : « Et cum carbo vehementer collucet ; » et lib. xxxiii, cap. 5 : « Carboni major vis exusto iterumque flagranti. »

Col. 431 A 14. *Etiam is cui.* Annotarat in margine interpretis quiddam se desiderare in exemplari : et merito ; deerat enim vox ἀκοῆν, quam tamen ita vertendo expresserat, « vocem Domini non quidem, quæ icerit aurem corporis : sed qua Deus tantum menti eorum per notas adumbrationes imprimit consilium. » Similem habes locum infra : οὐ διὰ τῆς σωματικῆς ἀκοῆς, ἀλλ' αὐτοῦ τὸ ἡγεμονικόν. et apud Procopium p. 102 : « Audit autem vocem Domini, qui mente ab ipso informata resonantis in se verbi sonum auscultat. »

Col. 435 D 2. *Ne nos educas.* Existimavit interpretis se legisse μὴ ἀναγκάσης, vel ἀνάγκη, dum vertit, *proficiscaris nobiscum, nihil necesse nos emigrare*, Exodi xxxiii, 15, legimus paulo aliter, εἰ μὴ σὺ αὐτὸς συμπορεύῃ μεθ' ἡμῶν, μὴ με ἀναγάγῃς ἐντεῦθεν. *Si non tu ipse veneris nobiscum, ne me educas hinc.* Vulgata cum verbis Basilius consentit : *Si non tu ipse præcedas nos, ne educas nos.* Paulo post ἀνθρωπότητα intellexit humanitatem a Christo assumendam interpretis, scribens, « et ad assumendam a Deo Verbo humanitatem, oportebat typicis figuris præsignari : » aptius tamen genus humanum intelliges. Sic homil. 31, *De libero arbitrio* : Ἐπερ γὰρ ἴσχυεν ἡ τῆς ἀνθρωπότητος φύσις ἐκτὸς τῆς τοῦ ἀγίου Πνεύματος πανοπλίας. Interpretis Procopii

p. 401 : « Figurisque prius homines assuescere. »  
 Col. 439 A 1. *Ad illud quidem.* Hic duas omiserat lines librarius codicem Regium F. exscribens, quas Latine conversas interpretis verbis inseruimus : sed illud ποῦ duabus inclusum virgulis non agnoscit Regius H., neque ipse Procopius p. 401 : καὶ ἐγὼ προεῦσομαι.

Ibid. 443 A 1. *Sed quod toli.* Novam periodum hic inchoarat interpres hoc modo : « Per unum quemque perseverat. Quin et collegio cuique appellatio sua conservetur : » sed emendationem nostram cum manuscripti, tum Græcus Procopii textus confirmat pag. 104 « : Quod et urbibus ipsis accidere videmus. » Idem interpres Procopii ἀλλοιοῦμενον λόγον vertit *variatum* vel *mutatum*.

Col. 455 C 8. *Laudatio Dei.* Scripsimus ex duobus Regiis μετονομάζεται, pro μετωνόμασται, quod habuit apographum Anglie. Apud Græcos Etymologos sive in Lexicō de nominibus Hebraicis legimus, Ἰουδαία ἐξομολογουμένη. S. Hieronymus in lib. *De nominibus Hebraicis* : *Juda laudatio sive confessio* ; et epistola 25 : « Si *Juda confessio* interpretatur, confitens autem omnis anima credentis : » et in caput xxvi Isaiæ : « Canticum istud in terra *Juda* sive *Judæa*, quod interpretatur utrumque *confessio*. » ἡ ἡ sonat *gratias agere, confiteri, laudare*. Idem Hieronymus in Ezechielis cap. XLVII : « *Damascus sanguis sacci, et osculi sive poculi,* » et rursus : « inter *Damascus*, hoc est, sanguinem cilicii, et confinium *Hematum*. » Idem in cap. xvii Isaiæ : « *Damascus* interpretatur, *sanguinem bibens*, aut *sanguis cilicii*. » Propterea correximus infra, « *Superborum caput est execrabile, ac plenum sanguinis,* » non ut scripserat Tilmannus, « *caput est quidam sanguinarius* : » neque enim homo est, sed civitas Syriæ primaria *Damascus*, Isaiæ vii, 8, et ita in *Vulgata Latina*. Rursus emendavimus, « *pro pœnitentia, quæ existimatur,* » non « *pro pœnitentia solemni et in more posita.* » Licet enim apud *Herodianum* ὡς νομιζουσι Ῥωμαῖοι valeat, *ut Romanis mos est*, et τὸ νομιζόμενον sit, « *quod in more positum est* : » cum tamen sequatur οὐκ οὐσαν δὲ ἀληθινήν, melius accipietur, ut sonet νομιζεσθαι existimari, putari, ut in concilio *Gangrensi* can. 42 : Εἴ τις ἀνδρῶν διὰ νομιζομένην ἀσκησιν περιβολαίῳ χρῆται : « *Si quis vir propter eam, quæ existimatur, exercitationem amiculo utitur.* »

Col. 463 A 7. *Quoniam ex semine.* Hæc addita sunt versioni Tilmanni, quoniam et Græca inclusa virgulis aberant a Regio ms. F. et in sequentibus, τὸ διέφερε sic accepit interpres, ut sonaret eminentiam, hoc pacto, « *domui David, hoc est, Dominus secundum carnem, quod præminebat in universa cognatione David, idque faustum felixque nuntium est.* »

Col. 466 A 5. *Etiā postquam.* Hæc addita sunt versioni Latine ob Græca ex Anglicis codicibus inserta, licet a Regiis duobus abessent : καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι μητέρα ἔτι παρθένος διαμένουσα, quæ receptum de perpetua sanctissimæ Virginis matris

virginitate dogma manifeste confirmant. Quod vero de vulturibus feminis subjicit, Ælianus etiam narrat, lib. ii, cap. 46 *De animalibus* : γῦπα δὲ ἄρβρενα οὐ φασὶ γενέσθαι ποτὲ ἀλλὰ, θηλείας ἀπάσας : « *vulturem non nasci marem aiunt, sed feminas omnes generari : adversæ austro volant ; vel si auster non spirat, ad eorum ventum oris hiatu se pandunt : spiritus venti influens ipsas implet.* »

Col. 469 C 6. Ἀπόγωνα. Emendandum ex H. ἡ πόγωνα, « *Quæ barbam appellavit,* » ut apud Procopium, p. 120 : Καὶ τὸν πόγωνα, τουτέστι τὸν κατὰ φύσιν ἀνθρώποις πρέποντα κόσμον : « *Et barbam, hoc est, ornamentum, quod naturaliter homines decet.* » Interpres scripserat, « *absque barbare fore dixit.* » Item quæ sequuntur, ἃ ἐπὶ τῆς γενέσεως γίνεται, verterat, « *secundum nativitatem nostri Emmanuelis.* »

Col. 471 C 9. *Mille vites.* Non, ut Tilmannus ediderat, « *mille vites distraherent mille siclis.* » Procopius dixit, Πᾶσαν ἀμπελον καὶ σίκλον ἔχη τιμήν, « *Omnem vitem quantumvis sicli pretio æstimatam desertam et incultam fore : \* vitem enim aptius reddi ἀμπελον puto, quam vineam, cum mille vites siclis propheta dixerit æstimatas.* »

Col. 475 A 8. *Propter eorum.* Legerat in ms. F. interpres δι' ἃ τὸ εὐπειθέες, ideoque verterat, « *vi intelligentiæ fuisse a nobis deprehensum, per quæ non magno negotio, quæ subjecta sunt, persuadentur,* » sed receptam lectionem tuentur H. et Angl. et exemplum Ezechielis, quod subjicitur, « *prophetæ vero obedientia a nobis intelligitur.* »

Col. 487 A 9. *Ut si pertrahat.* Ἐλκόμενον dixit, non ἔλκοντα, ut exigebat interpretatio Tilmanni, « *nec eum pertrahat ad tribunalia iudicum, qui se exuerit vel tunica.* » Alludit nimirum ad illud *Matthæi* v, 40 : Καὶ τῷ θέλοντι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον : *Et qui vult tecum in iudicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium.* Rursus quod sequitur βλασφημούμενον παρακαλεῖν verterat, « *ut blasphemum cohortetur, et pro eo roget : »* atqui hæc expressa sunt ex verbis *Apostoli* I *Cor.* iv, 13 : βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν, *blasphemamur, et obsecramus.*

Ibid. C 4. *Est vero magnum.* Interpres scripserat : « *Timor enim Dei maximum est argumentum his, qui adnituntur ad sectandam perfectionem servato tenore disciplinæ.* » Illud vero, πάντα καταπτήσσειν, locutio est usurpata etiam a *Septuaginta Proverb.* xxviii, 14 : Μακάριος ἀνὴρ, ὃς καταπτήσσει πάντα δι' εὐλάβειαν : *Beatus vir qui timet omnia ob cautionem.* Sequitur ibid. locus *Isaiæ* citatus non ut expressus est a *LXX*, *Isaiæ* xxviii, 16 : Ἴδοὺ ἐγὼ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια Σιών, *Ecee ego immittam in fundamenta Sion* : sed ut citatus est ab *Apostolo* *Roman.* ix, 33 : Ἴδοὺ ἐγὼ τίθημι ἐν Σιών.

Col. 494 B 6. *Et Galilæi.* Non solum idiotæ, sed et natione *Galilæi*, non ut interpres dixerat, « *idiotæ quippe homines Galilæi.* » Sic *Matthæi* xxvi, 69 :

*Et tu cum Jesu Galilæo eras. Nam et loquela tua manifestum te facit.* In quem locum Hieronymus : « Quod unaquæque provincia et regio habeat proprietates suas, et vernaculum loquendi modum vitare non possit ; » et Lucæ xxii, 59, *nam et Galilæus est.* Josephus autem, lib. iii *De bello*, cap. 2 : *Μάχιμοί τε γὰρ ἐκ νηπίων καὶ πολλοὶ πάντοτε Γαλιλαῖοι, καὶ οὔτε δειλία ποτὲ τοὺς ἄνδρας, οὔτε λειπανδρεία τὴν χώραν κατέσχεν.* « Pugnaces sunt ab infantia Galilæi, et omni tempore plurimi, neque aut formido unquam viros, aut virorum penuria regiones illas occupavit. »

Col. 499 D 5. *Atque illi quidem.* In Regio F. lacuna erat, quod duas lineas librarius prætermisisset, quas ex H. et Anglic. restituimus et Græco textui, et interpreti, usque ad illa verba, « qui in errorem pelliciuntur. » Cæterum hæc a Tarasio patriarcha citantur in epist. *De ordinationibus*, p. 193 *Juris Græco-Romani* : *τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ καταγέλαστον.* Vide etiam Procopium in hunc locum. Paulo infra *afflixit vos* : hæc alludunt ad illud Deuteronomii viii, 3 : *Καὶ μνησθήσῃ πᾶσαν τὴν ὁδὸν, ἣν ἤγαγέ σε Κύριος ὁ Θεός σου ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐκάκωσέ σε, καὶ ἐλιμαγχόνησέ σε.* *Et recordaberis omnis viæ, per quam duxit te Domini tuus in deserto, et afflixit te, et affecit te fame.*

Col. 508 B 8. *Accepit signum.* Non, « ex compacto indictum curriculum, » ut antea legebatur : σύνθημα enim hic non sonat, « compactum » aut « compositum, » sed ἀφορμῆς σημεῖον, « signum excursionis inchoandæ, » ut apud Virgilium v *Aneid.* :

... .. *signum clamore paratis*  
*Æpitydes longe dedit, insonuitque flagello,*

et apud Herodianum lib. ii : *Πάντες ἐφ' ἐνὶ συνθήματι συλλαμβάνονται.* « Omnes uno dato signo comprehenduntur. » Procopius, p. 145 : *Δρομεὺς δὲ ὦν ἀγαθός, ἅμα τῷ συνθήματι πρὸς τὸ τέλος ἠπείγετο.* « Cum vero cursor bonus esset, ad finem dato signo properabat. »

Col. 511 B 7. *Induit enim.* Corrigendum in Græco textu ex ms. H. F. *Ἐνέδυσε γὰρ με,* « induit enim me. » Nec aliter Vulgata Biblia Isaiæ lxi, 10, sed pro εὐφροσύνης existimavit interpretes se legisse δικαιοσύνης, itaque scribendum, « et tunica lætitiæ, » ut apud Procopium p. 148.

Col. 513 B 1. *Dirimeretur.* Συναπαρτίζεσθαι idem valet, quod ἀπαρτίζεσθαι, « absolutum reddi omnibus numeris expleri. » Budæus in *Commentar.* p. 735, « simul finiri, æqua esse magnitudine. » Hic igitur vertere potes, « simul cum ipsa mundi constitutione. » Procopii interpretes dixit p. 151 : « Quia si ex mundo esset, ab ipsa origine mundi cœpisse necessum sit. » Quæ vero sequuntur apud eundem Procopium, ex Basilio sic emendanda sunt, *συνέσται τοίνυν αὐτῇ τῷ παρ' αὐτῷ δεξαμένῳ μέχρι παντός.* « Erit igitur in perpetuum illa una cum eo, qui ab ipso eam acceperit. » Pacis Salomonis fit

mentio III Regum iv, 24 : *Et habebat pacem ex omni parte in circuitu.*

Col. 515 B 13. *Parte enim.* Hoc maluimus ad verbum, quam illud interpretis, « Portiunculam enim tribus Davidicæ nihili ducentes, tanquam quæ nullo negotio aboleri posset, et opprimi ; licet regiam obtineret dignitatem. » Neque enim unam tribum possidebat domus David, sed duas tribus, Juda et Benjamin, post defectionem decem aliarum, quæ dixerant II Paralipom. x, 16 : *Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Israel.*

Col. 527 B 9. *Appropinquabo.* Hoc sine interpretatione transilierat Tilmannus, quod mendose in utroque Regio cod. legeretur, *μᾶλλον ἢ οὐχ ἤπτων,* pro *μᾶλλον ἢ ὁ χιτῶν.* Verumtamen ope *Indicis Græci* Kirchmanni diu quæsitus hic locus per singulas voces, nondum nobis occurrit in Scriptura. Vide proverbium, « Tunica propior. »

Col. 531 B 6. *Et Samariam.* Sequebatur apud interpretem, « Quemadmodum et hos cepi, et hos cæteros omnes principatus capiam : » sed hæc a typographo sunt ommissa, cum ea deleta fuisse a nobis putaret, una cum his, quibus interpretes sequentem periodum expresserat, in duas perperam a se divisam : « Ex quo igitur sibi cepit, reliquas omnes se præsumit se posse sub jugum pertrahere. Nec interim iste intellexit id confici. »

Col. 538 B 3. *Et concutiam.* Interpretes ediderat, « persuadendo pertraham, » quod in Complutensi editione esset, *πέλω,* licet in F. legisset *σελώ,* ut est in reliquis mss. et apud Eusebium lib. iv *De Demōnst. evang.* cap. 9 : quæ vera est lectio, cum et ita Vaticana et Marchali codex habeat, et Hieronymus, « et detraxi quasi potens in sublimi residentes. » Male apud Clementem et Eusebium xiii *De præparat.* σώσω, « servaho. »

Col. 540 B 9. *Namque ab anima.* In Regio F. legebatur, *ἀρξάμενά μὲν ὑπὸ ψυχῆς, λήγοντα δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ καὶ οὐδὲ μέχρισ.* Ex quibus Latine expresserat Tilmannus, « ab anima quidem suum ortum ducentia, in ipso autem corde conquiescentia : » sed in altero Regio cod. H. ita erat ut ex Anglicis editum est, nisi quod sublato *καί,* tantum legebatur, *οὐδὲ μέχρισ.* Apud Procopium, pag. 170, ad hunc locum alluditur, *ἀρξάμενον ἀπὸ ψυχῆς τῶν ἐν τῷ νῷ παθημάτων.* Paulo post mendose idem F. habuit *φθόνον* pro *φόνον,* itaque in locum invidiæ, « cædem » substituimus.

Col. 551 A 15. *Siquidem alii.* Male immutarat hæc interpretes, « Siquidem Hebræi videntur propius accedere. » Neque enim Hebræos designat Basilius sed Græcos interpretes Aquilam, Symmachum et Theodotionem, cum ait *οἱ ἄλλοι,* quemadmodum supra *ὑπερ ἕτεροι ἐκδεδώκασιν.* Ut in illum locum annotavimus : et infra consentaneæ respondere Apostolo Symmachum et Theodotionem sub finem capituli istius dixit.

Col. 555 A 5. *Glorifico.* Non, ut antea erat, « glorificabo : » *δοξάζω* enim dixit : quanquam in ipso

Scripturæ textu editum est, I Reg. ii, 30 : "Ὅτι ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω· *Quoniam non nisi glorificantes me glorificabo.* Quo pacto etiam citatur idem locus infra col. , ὅτι τοὺς δοξάζοντάς.

Col. 558 B 12. *Toti mundo.* Ad verbum esset, « cum toto mundo crucifixa sit : » quod obscurum est, et a Procopio prætermisum ; ex quo tamen immutavimus interpretationem eorum, quæ hunc locum sequebantur, « inque medio efficaci ejus virtute ad fines usque quatuor partium mundi se protendente, » et pagina sequenti addidimus interpretationi, « ex Israel, qui dicitur Ephraim, » expunctis illis verbis, « veri Israelitæ. » Decem enim tribus, quæ familia Davidis defecerant, et Samariam urbem regni primariam constituerant, Israel vocabantur et Ephraim, et domus Joseph, ut Zachariæ x, quod nimirum primi decem tribuum reges ex tribu Ephraim orti essent. Cyrillus in i Osee : "Ὅταν ἀκούης τῶν ἁγίων προφητῶν ὀνομαζόντων τὸν Ἰσραὴλ ἦτοι τὸν Ἐφραὶμ, τότε δὴ μοι νόει τοὺς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ· « Cum audis sanctos prophetas nominantes Israel sive Ephraim, Samaritanos intellige. »

Col. 559 C 14. *Ammon.* Hic lineam integram librarius Regii codicis F. omiserat, quam H. et A. representat. In codice ms. Regiæ bibliothecæ Lexicum Græcum nominum Hebraicorum sic interpretatur, Ἄμμων ἐκ τοῦ γένους μου, Ἀμανίτις λαὸς ἡμῶν, « Ammon ex genere meo, Amanitis populus noster ; » et Hieronymus in cap. iii Nabum, « Moab interpretatur *ex patre*, junior vero Ammon vel *filii generis mei*, vel *populus noster.* »

Col. 562 D 5. *Et post hæc educet.* Annotarat in margine Tilmannus, « pro τέλος lege τὸ φῶς, » et Interpretatus erat, « Faciet iudicium meum, et post hoc educet me in lucem : » quasi nimirum substitui vellet ea, quæ apud Michæam prophetam leguntur Mich. vii, 9 : καὶ ποιήσει τὸ κρῖμά μου, καὶ ἐξάξει με εἰς τὸ φῶς. Nos contra codicum Regiorum et Anglic. consensum nihil immutandum censuimus. cum sæpe soleat Basilius vel fallente memoria, vel ex aliis prophetis alia verba inferente, nonnihil immutata unius verba proferre. Nam et apud Job legimus xxiii, 7 : Ἐξάγαγοι δὲ εἰς τέλος μου τὸ κρῖμα· *Educet autem in finem iudicium meum,* et Habacuc. i, 4 : Καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρῖμα· *Nec deducitur in finem iudicium.* Citatur deinde locus ex psalmo cii, 9, ubi Vulgata, *neque in æternum comminabitur.*

Col. 564 B 7. *Ad idem enim.* In libro Regio ms. perscriptum fuit δοξάζειν τε ἐπιτετευγμένως, unde interpretes extulerat, « Ad cor quidem ipsum spectat, ut glorificet Deum obnoxie, ac servorum ritu in psalmodis concinat. » Ἐπιτεταγμένοι sunt in Vulgatis Lexicis « subditi » vel « ministri, » quamobrem ἐπιτεταγμένως videtur existimasse corrigendum esse Tilmannus, atque ita prorsus exhibet scriptum alter Regius H. Verumtamen series ipsa narrationis

emendandum suadet ἐπιτεταμένως, quod in usu est, non ἐπιτεταγμένως, neque ἐπιτετευγμένως. Procopius dixit compendiose p. 195 : Ἐνὸς νόρ ἄμφω, αἰνεῖν τε καὶ δοξάζειν καλῶς· « Unius enim utrumque est, gloria et laude recte afficere. »

Col. 565 B 4. *Sublevat.* Aptius interpretabere, *Dominus exaltat justos.* Atqui apud Davidem aliter effertur hic locus, ad quem alludere videtur Basilius, psalmo cxlv, 8 : Κύριος ἀνορθοῖ κατεβράγμένους, Κύριος ἀγαπᾷ δικαίους· *Dominus erigit elisos : Dominus diligit justos.* Fortasse observabatur menti auctoris ille alter Proverb. xviii, 10 : Ἀὐτῷ δὲ προσδραμόντες δίκαιοι ὑψοῦνται· *Accurrentes autem ipsi justi exaltantur.*

Col. 568 D 1. *Educandum.* Verior hæc lectio F. et A. ἀνατροφῆς, quam illa H. ἀναστροφῆς, « conversatione. » Paulo post in F. et H. ὀχθῶδες non ὀχρῶδες scriptum fuit, ut in alio apographo. Procopius dixit p. 202 : Μὴ ἀπόκρημνον, et ejus interpretes, « non præruptum aut præcipientem ; » sed ὑπειότης non satis apte vertit, « humilitatem. » Itaque rescribendum videtur, « sua tamen planitie in eo manentibus securum. » Ibidem pro ἀκροσφαλεῖς existimavit Tilmannus se legisse ἀσφαλεῖς, cum vertit, « reddit tutiores his, qui ascendunt stationes, » plane contrario sensu. Postremo pro νοῆτε et διηγῆσθε, legebatur in H. νοεῖν et διηγῆσθαι.

Col. 574 C 3. *Reges vero.* Interpretes scripserat, « reges vero, qui ad pastorale regimen Ecclesiæ eliguntur. » Atqui nihil tale de pastoribus Græca sonant, nec aliter habet Procopius p. 204 : Ὅν τοὺς ἐκλεκτοὺς βασιλέας καλεῖ· « Quorum de numero, qui delecti sunt, reges eos, tanquam regni filios appellat. » Rursus ibidem immutavimus, quod sequebatur, « quia vox gigantum utique gentium multarum voce æquipollet. »

Col. 575 A 10. *Infidelitatis.* Legebatur in F. πονηροῦ θυρεός ἐστιν ἀπιστία. Tilmannus verterat, « reprobi clypeus infidelitas est : » at in H. erat, ut edidimus : cui suffragatur illud Procopii p. 204 : τοῖς μὲν θυρεός ἐστι πίστεως, τοῖς δὲ ἀπιστίας. Alludit ad illud Ephes. vi, 16 : Ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως· *Assumentes scutum fidei.* Item paulo post in F. erat ἐπαγγελίαν κακῶν, « malorum pollicitationem, » at H. ἀπαγγελίαν, *denuntiationem.* Porro illud, *ut spiritus salvus fiat,* est I Corinth. v, 5. De Phygello mentio fit II ad Timoth. i, 15. Sed dicuntur traditi Satanæ Hymenæus et Alexander I ad Timoth. i, 20.

Col. 582 A 2. *Salvator.* Non ut antea editum fuit, *Et homo gratia Salvatoris dici possit nobilis.* Nec aliter legitur in H. quam ὁ κατὰ τὸν Σωτῆρα, sed fortasse rectius apud Procopium, p. 208, ascripta est varia lectio καὶ ὁ κατὰ σάρκα ἄνθρωπος, et ideo interpretes Curterius vertit : « Ipse propterea secundum carnem homo relato ad Davidem genere nobilis. » Ita sæpe apud Paulum appellari scimus Christum, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, Roman. i, 3 ; et ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα

Χριστόν, I Corinth. v, 16. Paulo post nonni-  
hil sensus immutatus est, ὅταν διὰ τὸ προσεγγί-  
ζειν, « quoties nos ipsos ab eo elongaverimus, pro-  
pinquamus perditioni; » at in psalmo LXXXVII, 19,  
« qui elogant se a te, peribunt. »

Col. 586 C 15. *Orionem app.* Alium eliciebat sen-  
sum Tilman., « qui vel teste Scriptura Orion nomi-  
natus est, quod in unum corpus compactus sit. » At-  
qui nusquam id testatur Scriptura, tantum Orionis  
meminit Job xxxviii, 31 : Καὶ φραγμὸν Ὀρίωνος  
ἤνοιξας. *Et septum Orionis aperuisti.* Rursus in fine  
paginæ μεταξὺ τῶν μερῶν, verterat, quasi esset, ἐν  
μέσῳ τῶν μερῶν, *media in parte Orionis.* Sed Ara-  
tus non inter partes Orionis, verum inter partes  
Arctophylacis seu Bootæ collocat Arcturum.

..... ὑπὸ ζώνῃ δὲ οἱ αὐτὸς  
Ἐξ ἄλλων Ἀρκτοῦρος ἐλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ.

quod Cicero ita vertit,

*Huic autem subter præcordia fixa videtur  
Stella micans radiis Arcturus nomine dicta.*

Idem Aratus ab Arctophylace, seu Boote, distinguit  
τὸν μέγαν Ὀρίωνα, « magnum Orionem, » quem eum-  
dem esse cum Boote hic ait Basilus. Noster vero Cla-  
vius in commentariis in *Sphæram* Joannis de Sacro-  
bosco Bootæ seu Arctophylaci constellationi quintæ  
tribuit stellas duas et viginti, tertiæ magnitudinis  
quatuor, quartæ novem, quintæ item novem, que-  
madmodum hic Basilus, sed Orioni constellationi  
tricesimæ quintæ impertit stellas numero triginta  
octo, primæ magnitudinis duas, secundæ quatuor,  
tertiæ octo, quartæ quindecim, sextæ quinque, ne-  
bulosam unam.

Col. 587 A 2. *Qui nimirum.* In F. tantum erat, ἐξω-  
θεν δηλονότι, ex quibus Tilmannus expresserat, « as-  
sectantur, puta Hebræi, qui isthæc arcana naturæ  
anxio labore commentantur; » at in H. ἐξωθεν τῶν  
παρ' Ἑβραίων δηλονότι πολυπραγμονούντων, et in  
Anglic. ut edidimus; itaque repetitio articuli sen-  
sum immutat. Porro idem H. pro ὑπόκίρρον scri-  
ptum exhibuit ὑπόκειρον, Regius alter F. ὑπόκηρον  
sed interpres recte vidit emendandum ὑπόκυρρον,  
cum « subrufescens » vertit, quod apud Aristotelem  
reperitur, et interpretatur Plinius « mellei colo-  
ris. » Pleiadis meminit Job cap. ix, 9.

Ibid. C 12, *Maledictus.* Etsi Regius F. exhibebat  
ἐπικατάρατος Χαναάν, tamen errore nescio quo  
scripserat interpres, « Maledictus Cham. Atqui con-  
tristatus erat. » Certe Genesis ix, 25, non aliter  
legimus, ἐπικατάρατος Χαναάν παῖς, *Maledictus Cha-  
naam puer.* Paulo post emendanda est versio « sed  
germini ejus, et operi ipsius, quod figurate Cha-  
naan nominatur: » non enim Græce est διὰ τὸ ἔρ-  
γον, sed καὶ τῷ ἔργῳ αὐτοῦ.

Col. 598 A 2. *Cum mensura.* Ἐν μέτρῳ præse-  
rebat F. Tilmannus, « ad exigendam de his, qui  
perperam vixerunt, pœnæ diversionem. » Procopius  
εἰς τὸ κολάζειν ἐν μέτρῳ τοὺς κακῶς βεβιωκότας,  
« et ad pœnas digne de sceleratis, et cum mensura  
exigendas. » At in Regio H. erat ut in A. ἐμμέ-

τρως, « cum mensura, moderate, » vel ut est in  
Joann. 34. ἐκ μέτρου, *ad mensuram.*

Col. 599 B 3. *Quare absolute.* Omiserat hic tres  
lineas Regius librarius in F., ideoque Tilmannus ex  
codice mutilo verterat, « quare ea vastitas, quanto  
esset tempore duratura, absolute non aperuit. Non  
enim illo. » Rursus infra pro ἀποτελεῖσθαι, ut scri-  
ptum fuit in F., existimavit interpres se legisse ἀ-  
πολεῖσθαι, cum vertit, « semel disrupta non sinitur  
deperire. » Contrario plane sensu: « nam in locis  
habitationis perire dicitur, ut apud Procopium pag.  
218: Εἴωθε παραθραύεσθαι, « unde illam disrumpi  
dissiparique contingit. »

Col. 602 A 10. *Obscenum.* Pro κάθουλον in ms. F.,  
emendatius in aliis κάθουλον legebatur, quod tamen  
B ab ὕλακτεῖν, quod est « latrare, » non deducitur:  
ne cum Tilmanno hic vertas, « oblatrans, » sed τὸ  
ἐνυλον, ἢ ὕλικόν, ἢ ὕλαϊον, « quod materiale est, »  
ut πρόσουλον « quod materiæ adhæret, quod carna-  
le est, » ab ὕλη quod apud theologos sordes fæces-  
que mundanas significat. Sic interpres Procopii δη-  
λῶν κάθουλον καὶ ἐσκοτισμένον ἰδαίμονα, « ut obsce-  
num et caliginosum dæmonem indicaret. » Sic apud  
Hesychium καθουλομανεῖν est ὕλην ἔχειν πολλήν.  
Quod autem sequitur de onocentauris, hanc esse  
alteram dæmonum speciem, quam reliqui interpre-  
tes nominarunt Hebraica voce Siim, ab Eusebio  
quoque traditum est citato in editione Vaticana,  
ἀντὶ τοῦ ἀνοκένταυροι σείειν ἀνάγραψαν, « Et pro  
onocentauri scripserunt siim »: quod tamen con-  
sistere non potest cum eo, quod ibidem ait idem  
C Eusebius, Ἀντὶ τοῦ θηρία σείειν οἱ λοιποὶ ἐρμηνευ-  
ταὶ ἐκδεδώκασι, « Pro bestiæ, cæteri interpretes edi-  
derunt siim »: neque adeo cum ipso textu Hebræo,  
ex quo Pagninus םיׁיׁם *siim* Latine extulit, *bestiæ  
silvestres*, et pro םיׁיׁגׁוׁוׁ *seghirim*, *dæmones*,  
Arias Montanus cum Aquila, *pilosi* at Septuaginta  
ἀνοκένταυροι. Postremo illud, μετὰ τὴν ἐρήμωσιν,  
vertimus, *postquam redacta fuerit in solitudinem*,  
ut antea erat, *ut locus assimiletur Babylonii in soli-  
tudinem redigendæ.*

Col. 607 A 4. *Terra hæc.* Non dixit, οὐκ ἔχει  
μερίδα, sed οὐκ ἔστι μέρος: ne locus sit versioni  
vulgatæ antea, « Terra hæc nullam habet partem  
cum ea, de qua subjecta maledicto dictum est: *In  
doloribus*, » etc. Rursus verterat interpres, Ἰακώβ,  
D ὃν γειώραν Γραφή, *Jacob, dicto in Scriptura γειώ-  
ρας*, quasi Jacob ipse sit dictus γειώρας. Imo per  
Jacob intelligit populum Israeliticum, cui qui se ad-  
jungit, γειώρας et προσήλυτος, « advena, » dicitur  
ut Exodi xii, 19: Ἐξολοθρευθήσεται ἐν τε τοῖς  
γειώραις καὶ αὐτόχθοσι τῆς γῆς. *Peribit inque ad-  
venis et indigenis*; et in eodem capite, vers. 49: Νό-  
μος εἷς ἔσται τῷ ἐγγωρίῳ καὶ τῷ προσηλύτῳ.  
*Lex una erit indigenæ et advenæ.* Utrobique est He-  
bræa vox גל *ger*, quæ et γειώρας et προσήλυτος  
vertitur. Proprie γειώρας est ὁ γῆν ὠρῶν, *qui ter-  
ram custodit.* Hesychius, γειώρας, γείτονας ἐξ ἄλλου  
γένους, καλουμένους, ἢ τοὺς περὶ τὴν γῆν διαπονου-

μένους. « Γεώρας exponit vicinos ex alia gente, vel eos, qui colenda tellure occupantur. »

Col. 644 B 3. *Pro peccatis.* In Regio utroque ταῖς ἀμαρτίαις lego, non τὰς ἀμαρτίας, ut videtur interpres corrigere voluisse, scribens, « propaginem trucidant, nempe peccata : » sed hoc ait Basilus, « animæ suæ fetus occidant peccatis, » unde subjicit : « Nisi enim ipsi moriamur peccato : » quæ ratione loquitur de Apostolus ad Roman. vi, 2 : Οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἀμαρτίᾳ. *Qui mortui sumus peccato.* Sic dixit antea Basilus, εἰς σφαγὴν ταῖς ἀμαρτίαις. Paulo post verterat Tilmann., « impleat terram bellis, » quasi legisset in F. πολέμων, qui tamen scriptum exhibuit πόλεων, ut cæteri mss. Vulgata Latina dixit, *neque implebunt faciem orbis civitatum.* At in Vaticana edit. πολέμων, *bellis*, et annotatur in quibusdam libris legi πολεμίων, *hostibus*, et Hebraicam vocem significare posse ex sententia Hieronymi *civitates et adversarios.*

Col. 645 C 3. *Adversus ineptos.* Mallem dixisset « erga simplices, » vel innocentes et minime malos. » Ut in psalmum xxviii dixit : Ὡς πρόβατον διὰ τὸ ἡμέρον καὶ μεταδοτικὸν λέγεται ὁ ἅγιος. « Sic et ovis dicitur sanctus, quia mansuetus, et sua dispertit in commune. » Auctus *Operis imperfecti* homil. in *Matth.* : « Manifestum est quia oves appellat propter mansuetudinem, non timentes autem Deum lupos propter crudelitatem. »

Col. 623 C. 7. *Et idcirco.* Καὶ διὰ τοῦτο scriptum exhibet F., at in fine capituli in Commentario Basilii δι' αὐτοῦ οἱ ταπεινοὶ τοῦ λαοῦ σωθήσονται, « per ipsum humiles plebis salutem assequuntur, » quo pacto etiam legitur in Vaticana editione et apud Procopium. Quamobrem hic delendum est illud, « salvabuntur populi multi : » nam et in F. fuit scriptum οἱ ταπεινοὶ τοῦ λαοῦ. Sub finem paginae Palæstinorum etymologia Hebraica traditur, ubi interpres annotarat se scriptum offendisse in Regio F. πίπτοντας ποτήματι, « cadentes pavore, aut metu, » sed se legere et interpretari ποτήματι, « potu, » nam et hic sequitur apud Basilium et in eodem Regio codice, πίπτουσι δὲ οὗτοι ποτήματι. At in altero Regio H. priori loco legitur πτώματι, « lapsu, casu, » posteriore ποτήματι, « potu. » In Græcorum scholiis de vocibus Hebræis occurrit sæpe Φυλιστιεῖμ, ἀλλόφυλοι, θαυμαστοί, « alienigenæ, mirabiles. » Hieronymus in *psalm.* xxviii : « Philistim vero interpretantur *cadentes potione* hoc est, qui inebriati sunt de calice diaboli, et inebriati ceciderunt. » Augustinus in eundem psalmum : « Alienigenæ in Hebræo dicuntur Philistim, quod interpretatur *cadentes potione*, velut quos fecit ebrios luxuria sæcularis. » Apud Santem Pagninum פֶּלֶשֶׁת *Peleseth*, Palæstina dicitur regio maritima ad occidentem Judææ, continens quinque præfecturas vel satrapias, et incolæ ejus פֶּלִישְׁתִּים *Pelishim* dicuntur, quasi volutati in cinere : et quidam mystice curis sæculi implicitos exponunt ; nam פֶּלֶשׁ *palsch* est pulvere aut cinere se involvere. Apud Suidam reperi-

tur et in centuria 5 *Proverbiorum*, 9 : Γυμνότερος ὑπέρου καὶ λεβηρίδος. « Nudior pistillo et leberide, » et Γυμνότερος παττάλου, « Nudior clavo, » de hominibus egentissimis.

Col. 634 C 13. *Nomine enim.* F. τὴν γὰρ Ναβάβ. Alter autem Reg. A. Ναβᾶβ. Cui suffragatur Vaticana editio, Angl. Ναβᾶν, et textus editus cum Procopio, interpres male « Nabo. » Sed verior lectio videtur Ναβᾶβ, cujus etymologia et interpretatio explicatu difficilis, etsi annotarat Tilmannus in margine נבב *loquela, prophetia, sessio* : neque enim in *Thesaurō Hebræo* Pagnini reperio aliud, quam נבב, quæ vox prophetiam seu vaticinium sonat, nusquam sessionem. Sed נגנ *nagar* vertitur ἐγκαθίζειν Ezechielis xxxv, 5 : Καὶ ἐνεκάθισας τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ δόλω : *Et tetenderis inimicitias domui Israel* ; et Ecclesiastici viii, 14, eadem notione usurpatur verbum ἐγκαθίζειν Ἴνα μὴ ἐγκαθίσῃ ὡς ἐνεδρον τῷ στόματί σου : *Ne sedeat quasi insidiator orituo.* Vox tamen ipsa ἐγκαθισμός neque in *Græcæ linguæ Thesaurō* reperitur.

Col. 638 C 13. *Appetitus, ὀρέξεις.* Male antea errore potius typographi fuit editum « apparentiæ subfer. gen. suppressendæ, » cum scripserit fortasse interpres « appetentiæ. » Sub finem paginae deest nota interrogationis in Græco textu excuso, et in utroque Regio ms. supplenda ex serie orationis quam et recte addidit Tilmannus versioni. quemadmodum et in nonnullis Geneseos libris additur, hoc pacto, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ μου ; Vulgata Latina, *Nunquid non modica est ?* A quibusdam tamen libris abest hæc nota.

Col. 642 A 7. *Sermo enim.* Λόγος δηλοῖ nonnunquam apud Patres idem valet quod, « Scriptura declarat : » propterea verterat interpres, « Scriptura enim simulatque revicit, et acriter perstrinxit improbæ mentis elationem, eam ipsam contritione collidit : » sed de quovis sermone castigatorio hic agitur non de sola Scriptura, ut antea de Paulo verba faciens dixerat, εἰς συναίσθησιν ἄγοντας τοὺς ἑαυτοῦ λόγους. Sub finem paginae item ediderat, μὴ καὶ οὕτω μέλλει, *ut ne sic salvæ fierent.* At hoc loco μὴ interrogat, non negat, ut Matth. vii, 9 : Μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ ; *Nunquid lapidem porriget ei ?*

Col. 643 A 2. *Nam quoniam.* In H. et I. τῷ αὐτῷ δόναται καὶ πέρας εἶναι χώρας καὶ ἀρχὴ τὸ χωρίον τῆς. Sed consentit cum Regio F. Angl. et Procopius, p. 217, cujus interpretem secuti sumus, expunctis illis Tilmanni verbis : « Nam quando limes esse potest, neque principium et terminus Moabitidis. » Ex eodem Procopio addidimus textui Græco, ἕως τοῦ φρέατος Ἐλεῖμ. Rursus emendavimus illud, « semen Moab, non ut ad meliora transmigret, » quod erat Græce in F. τὸ μὴ μεταβαῖνον ἐπὶ τὰ κρείττονα, apud Procopium, pag. 228, τὸ μὴ μεταστὰν ἐπὶ τὰ κρείττονα, « quod ad meliora minime transire voluerit. » Vide locum Deuteron. xxiii, 3. Postremo delovimus in interpretatione Ariel vocem



« Dei ; » tantum enim est Græce λέων ἑρμηνεύεται : A in H. E. I. et apud Procopium, licet in margine conjecturam suam ascripserit interpres, Ἴσως λέων θεοῦ, « Forte leo Dei. » Hieronymus epistola 27 : « Væ tibi, civitas Ariel, id est, *leo Dei*, et quondam fortissima, quam expugnavit David. » Meminit hujus civitatis idem propheta Isaias, c. xxix, 2 : *Circumvallabo Ariel* ; sed ibi lego Hebraice לְאֵיִל Ariel, hic vero tantum est אֵיִל, quæ vox *leonem* sonat, unde Hieronymus vertit, *his qui fugerint de Moab leonem*.

Col. 644 C 7. *Genuerint*. Γεγενῆσθαι dixit, non γεγενῆσθαι, sed emenda διὰ τὸ γεγεν. ex Procopio, cujus interpres edidit, « quando sua ipsi nequitia serpentum naturam et virus assumpserunt. »

Col. 631 A 9. *Iniquitatem*. Male antea, « persuadet antistes hæresum, ut excelso iniqua loquantur. » B Locus est psalmo lxxii, 8, ubi Vaticana editio e Græco LXX, ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν, *iniquitatem in altum locuti sunt*. Sequebatur εἰς ζητήσεις συγκαταβαίνουσιν. Tilmann.: « Si quando eo se demiserint, ut assentiantur propositæ quæstioni. » At συγκαταβαίνειν non est « assentiri, » sed « eo se demittere. »

Col. 654 A 4. *Nequaquam, Ob hoc*. Non bene expressit emendationem nostram typographus: rescribendum igitur, *nequaquam confundentur. Ob hoc dictum est, Campi Esebon*. Delevimus enim illa interpretis, « nequaquam attingent centrum sive punctum. » Vitiosam enim lectionem codicis F. expriment ista, λόγοις οὐ κέντρον ποιήσονται. Διὰ τοῦτο τὰ πεδία. Corrigendum fuit ex ipso textu prout et scriptum exhibent H. et I, οὐκ ἐντραπήσονται : dictum enim est a propheta, καὶ οὐκ ἐντραπήσῃ, *et non confunderis*. Apud Cyrillum legitur etiam et apud prophetam, καὶ οὐκ ἐντραπήσονται τὰ πεδία Ἐσεβῶν. *Et non revereantur campos Esebon*. Unde fortasse non minus apte verti posset, καὶ οὐκ ἐντραπήσῃ, *et non revereberis*, et in Commentario Basilii, Οὐκ ἐντραπήσονται, *nequaquam revereantur*, aut *erubescant*.

Col. 655 D 4. *Subauditur*. Tilmannus ediderat, *A communi quidem de utraque gente dicitur, quia lugebunt, seque plangent*. Hoc est de Esebon et de Sabama, sed illa phrasis Græca ἀπὸ κοινοῦ nihil aliud sonat, quam verbum πενθήσει subaudiendum, quod commune sit, et jungendum cum illis verbis D τὰ πεδία Ἐσεβῶν, et cum istis ἄμπελος Σεβαμά. Nam in Vaticana editione, et apud Procopium in textu ista sic interpunguntur : Οὐκ ἐντραπήσῃ τὰ πεδία Ἐσεβῶν· πενθήσει ἄμπελος Σεβαμά. *Et non revereberis campos Esebon : vinea Sabama lugebit*. In aliis libris, ut hic apud Basilium, legitur Καὶ οὐκ ἐντραπήσῃ. Τὰ πεδία Ἐσεβῶν πενθήσει, ἄμπελος Σεβαμά. Sic apud Olympiodorum, in III

*Ecclesiastæ* vers. 16 : Εἰ δὲ κατὰ κοινοῦ ἐκληφθῆ τὸ ὑπὸ τὸν ἥλιον. « Quod si ad utrumque referas illud, *sub sole* : » et apud S. Joan. Chrysostomum, in psalmum cxxvii, v. 6 : Καὶ ἴδε τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν σου, εἰρήνην ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, κατὰ κοινοῦ ἡ εὐχῆ, sed emendandum est ex Catena Regia in Psalms ms., κατὰ κοινοῦ τὸ ἴδε. Τοῦτο γὰρ μάλιστα ποθοῦσιν. « *Pacem super Israel*. Subaudi, Vide. Hoc enim maxime desiderant. » Librarius, quod hanc locutionem non caperet, pro τὸ ἴδε substituerat, ἡ εὐχῆ, unde interpres verterat, « Hæc est oratio de communi. »

Col. 659 C 4. *Ex Spiritu*. Non, *ex Patre*, ut scripserat interpres, quod mendose esset in F. ἐκ τοῦ προς, pro πνε. πνεύματος.

Col. 660 C 9. *Qui ad evitandas*. Συμπεριφέρεισθαι hic ut apud Epictetum idem videtur sonare, quod συναναστρέφεισθαι, « una cum gentibus versari : » nisi malis ita sumi, ut lib. II Machabæorum cap. ix : συμπεριενεχθήσεσθαι ὑμῖν, *voluntatibus vestris facilem se præbiturum atque assentientem*. Procopius dixit p. 240 : συγκαθηεῖς ἑαυτὸν δόγματιν ἔθνικοις : « Ethnicorum dogmata amplectendo. » Tilmannus scripserat, « quos nullæ gentes, nullum tentationis genus persequitur, hi circumferuntur. »

Col. 662 A 11. *Ascensiones*. Addiderat interpres, « disposuit, » et annotarat in margine, « Desit in exemplari διέθετο. » Sed cum in H. et I. deesset illud verbum, a Basilio omissum existimavimus, subaudiente εἰσί, « ascensiones sunt : » alioquin immutavit nonnihil verba Davidis psalm. lxxxii, 6 : ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο. Scholiastes tamen Græcus admonet quosdam punctum figere post αὐτοῦ, ac verbum διέθετο sequentibus jungere, atque ita quoque Theodoretum interpungere Flaminii Nobilius annotavit.

Col. 666 A 2. *Et erit ut revereantur*. Emendandum est, « Et erit ut tu reverearis, vel ut tu erubescas. » In editione Vaticana vertitur, *Et erit in confusionem tuam*. Procopii interpres, *et erit ut confundaris* : sed quia Basilius addit αὐτοῦς, in locis qui sequuntur, aptius verbo « revereri, » vel « erubescere » uteris. *Et erit ut tu reverearis ipsos*, hoc est, eveniet, ut illi tibi pudorem incutiant, vel imponant. Postremo pag. 617, *Quanto majorem famæ celebritatem*, substituimus in locum illorum interpretis verborum : Quanto enim existimabat superesse sibi luculentiores divitias, tanto merebatur, ut non revelatis arcanis : » ὑπόληψις enim famam, non opes significat, et ἀποκαλύπτεσθαι revelare, non obtegere, ut Lucæ x, 21 : Καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. *Et revelasti ea parvulis* : et I Cor. xiv, 25 : Τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας φανερά γίνονται. *Occulta cordis manifesta fiunt*.